
ere esse contemptorem ydolorum ps
Cantate a. Credimus xpm fi
lium dei verū deū esse qui sibi ta
lem elegit famulam. ps Dns re. a.
in nostra angelica de
sti. v. Beata es virg




RESERVADO
1195
B. N. L.
1195P
RESERVADO

# NICOLAI COELII

*Maralij Ordinis Sacro ſanctæ Trinitatis de Redemptione captiuorum* CRONOLOGIA, *ſeu ratio Temporum, maximè in* THEOLOGORVM, *atque bonarum literarum ſtudioſorum gratiam.*

RESERVADO



Habes pie lector diſſentiones quæ in ſacris annis adparere poterant iuxta ſacros Doctores compoſitas. Habes mira de LXX. Interpr. initijs. Deq; eorum ſumma Auctoritate incorruptaq; Æditione: Tum non pauca de ſecreta Hebrçorum doctrina. Habes denique omneis tactas Hiſtorias ſingulis annis tam Sacras quàm prophanas noſtræ præcipuè Hiſpaniæ à primo Diluuij anno vſque ad Cyrum Perſarum Regem.

MELCHIOR MARALIVS Patritij Equeſtriſq; ordinis Iuuenis ad Lectorem.

*ASpice ſudantem ſacra compage laborem:*
*Eſt dignus raro rarus honore coli,*
*Ingenij ſi quæris opes, primordia mundi,*
*Pagina Athlãtæo ſcripta labore docet.*
*Seu te delectant exordia prima parentum,*
*Siue vetuſtatis ſeu nouiora iuuant:*
*Si mortale genus prima luctante Carina,*
*Seu mare tranſiectum, ſeu Babylonis opus.*
*Commemorat, ſummo, quæcunque requirere fas eſt,*
*Cælius ingenio, relligione pari.*
*Edere nil maius poterat, nec ditius: æquo*
*Reſpice iuditio quam graue pandit iter.*
*Iure ſuo fretus ſcriptorem Cælius omneis*
*Inter lyſiados abnuit eſſe parem.*
*Non hic caſtalios latices non numina veſtra,*
*Non cupit auxilium, Clio nec orat opem.*
*Parnaſi non optat aquas, nec ſcandere rupes,*
*Non petit Aoniam ſupplice voce lyram.*
*Materies opus ipſa iuuat, commendat honeſtas,*
*Authoris grauitas ditat & ornat amor.*

*Aliud*

*PER mare per terras quaſcumq; potentia Romæ*
*Vicerit hoſtiles imperioſa manus,*
*Quos faſces latium doleat, quos Roma Tyrannos*
*Quæ Capitolino parta trophæa Ioui,*
*Edocet Auſoniæ ſcriptor Pataunus: at illo*
*Non equidem inferior Cælius arma mouet.*

de Diego frz de leiria e Barroza Deaõ de Leiria

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI
*ac Domino. D. Antonio, Lodouici Infantis*
*Portugalliæ filio, Nicolaus Cœlius*
*Maralius.*
*S. D.*

PRæſtaret, fateor, Illuſtriſsime Princeps, ſi potius tuo exemplo, eo ipſo labore, ne dicã gloria, quo in re Theologa te quotidie exerces, totum in. D. Thomæ, Ioannis Scoti, Durandi, atque aliorum huius familiæ, quæſtionibus tempus cõſumerem, quàm ne minimam quidẽ operam, quaſi furtim his adplicare. Sed ea eſt huius noſtri ſeculi mira, imo inter homines, miſera ſtultitia, vt iam prælibatis illis atq; ad limina, vt dici ſolet, ſalutatis, quã, plurimi inepta quadam philautia & ſui ignorantia, alis alienis & falſó inſertis, ad altiora, q̃ſi ille Icarus, vnde citius ruant prouecti conuolẽt, hoc eſt, ad munus illud tam arduum concionandi ſubeundũ. Cui quantum quidue requiratur, tuum erit, qui tantus, deo auſpice, dominicæ gregis nobis futurus es paſtor iudicare, meum verò vt cũque ſentire, & in poſterũ vſque pertimeſcere. Omitto iam ad huiuſmodi prouinciam, integritatem vitæ, morum ſanctitatẽ, quæ rarò in tanta huius noſtræ iuuentutis licentia alicui contingunt: Omitto etiam maturam illam ætatem,

ſeueram ſynceramque (ſi fieri poſſet) caniciem, quæ multum ad diſponendum agrum, in Euangelicum ſemen, facit. Omnia hæc Princeps, vt cornis, maximè iuuant. Sed tolerandum quandò euſq; in Chriſti Eccleſia increuit parum vtilis conſuetudo. Cæterum quod inſuper hodie apud nos, præcipue inter monachos, video, diſſimulare, ac non dolere non poſſum. Quos qualeſue ſi vacaret, imo ſi liceret, ex his ſaltem paucis quos noui, adnumerarem, qui quum vix apud Grammatices magiſtros trieniū ſedeant, iam ſua quadā balbutie, ad arcana illa Philoſophiæ myſteria, quæ diuinus ille Plato ſub quibuſdam figmētis, & Ariſtoteles obſcurioribus verbis obcultabant, tranſeunt. Alij prius in Sumulis (quas ſic vocat antiqua barbaries) neruos omnes ac vireis intendentes, alij in Auctorculis nonnullis quos ſanè pudet, pigetque meo Principi nominare, tempus omne terentes. Et hoc (quod miror) tanta adclamatione amplectuntur, quaſi in his ſine dubio totius philoſophiæ ſecretum ſub cortice latitet. Heinc plus audaculi iam facti ad limina illa ſacroſanctæ Theologiæ, cui tot Scientiæ ancillantur, obcluſa illa quidem etiam atq; etiam optimis ingenijs, diſcurrunt. Quid ſperas mi Prīceps eos in re tā difficili facturos, qui nihil poſſūt? quid dicturos, qui ne loqui quidem ſciunt? Quomodo ornatè eloqui fas erit, quibus communis vox eſt

*Plato.*

*Ariſtot.*

cum brutis animātibus? quid apud Philoſophos Ro
mana puritate donatos? Quid in Ariſtotele? quem *Ariſtot.*
cura, ac diligentia quotidie in eodem latino ſermone
exornat? Quid in tot inſignium virorum commen-
tarijs Græcis latineque iam loquentibus prodeſſe po
terunt? Quid miſeri intelligerent ſi ab Ariſtotelè in
Platonem, à Platone in Ariſtotelē (vt ſæpe ſeriò phi- *Plato.*
loſophantibus contingit) diſcurrendum eſſet. Quid
ſi diuinum illum Plotinum primarium in Platonica *Plotinus.*
familia, quem eundem Platonis Dæmona poſtea ad
flaſſe ſcio qui, vt cumque, ſentiāt, cum ipſomet Pla-
tone per omnia in ſumma illa concordia conferre
oporteret. Fruſtra his extaret omnis Porphyrius, fru *Porphyriꝰ.*
ſtra Euſtochius, fruſtra multa quæ Procli tēporis in *Euſtochius*
iuria periere. Iam Ariſtoteles nos vocat in ſuā ſatis *Proclus.*
obſcuram lectionem: aderit pro adminiculo nobis
vnus Alexāder Aphrodiſeus, alter Ammonius, The *Alexan.*
miſtius, Simplicius, vt alios qui ſobriè in Ariſtoteli- *Aphr.*
ca Schola ſunt philoſophati, omittam. Quid illis *Ammoni.*
quæſo cum his commune eſſe poterit? Qui iſtæc no *Themiſti-us.*
mina doctis auribus conſona, tam craſſas illorum *Simplicius.*
barbaris, ac horridis quibus cū ſemper res eſt adſue
factas permulcere poterunt? Verum enim verò quod
etiam reſtabat Sycophantas hos iam proferam, qui
Theologiæ nomen, quod nullus vnquam mortaliū
ſatis promeruit, ſibi iure quodam hæreditario adro-

gant. Quis credat hos in Scholis aliquid poſſe; qui antequam ſacrum Gymnaſium, ſiniſtro, vt ita dicã pede, ingrediãtur, iam ſe venales Chriſti verbi, proh dolor, concionatores, ſeu potius dicas venditores, exhibent? Quoſnam hi profectus in Magiſtro ſententiarum tam belli philoſophi, in D. Thomæ miranda doctrina, in Ioãnis Scoti ſubtilibus argutijs, mihi facere videbũtur? Quonam in precio D. Dionyſius Areopagita D. Pauli, atq; D. Irenæus Polycarpi diſcipulus, & alij huius tẽporis, quos prudẽs trãſeo, in tãta illa primæuæ Eccleſiæ gloria verè viuentes, verè paſtores gregẽ Chriſti paſcentes, vere vineã domini Sabaoth tunc florentẽ, excolẽtes, ab his haberi poterũt? Quorũ monumẽta aurea illa quidẽ, quia & ipſi aurei, & eorũ talis ætas aurea, maximè Theologorũ ſeueras Scholas cõroborãt, illuſtrant, exornãtq;. Trãſeo iam ad alios alterius familiæ Sanctiſſimos vereq; Theologos. Poteruntnè balbi qui non niſi balbos, vt ait prouerb. intelligũt, de vno Cypriano cogitare nedum aliquid ſentire? Poterunt in illam ſummam D. Aureli Auguſtini, Gregorij, Ambroſij, Diuinarũ Scripturarũ contemplationẽ rapi? Poterũt deniq; etiã morũ illam ſanctitatẽ, admirandã facundiã, diuinamq; eloquentiã in Hieronymo ac D. Leone Põtif. eius nominis primo, ſatis admirari? Benè ergo nobiſcũ actũ eſt humaniſſime [illegible]

*Magiſter ſent.* *D. Thom.* *Ioãn. Scot.* *D. Dionyſ. Areop.* *D. Irenæus Polycarp.* *Aurel. Auguſt.* *D. Gregor.* *D. Ambr.* *D. Hiero.* *D. Leo. Pappa.*

qđ hi quũ ſe, ſuaſq; vireis, quãtũ poſſint, agnoſcãt, inter certos fines coërceãtur. Quos nãq; cõtẽplabere nulla re iã ita delectari, quã neſcio cuiuſdã Vincẽtij, & Dormiſecuræ ſermonibus? Alios inſuper etiã in Humiliarijs, quos ſic vocant, ſe magnopere oblectare, alios deniq; ex alijs meras ineptias mutuare vi deas. Sed quorſum tandẽ hæc ita prolixis verbis & quaſi ſtomachabundis Princeps clariſſime dicimus? Non alia ex cauſſa niſi, vt ſcias me etiã in hoc atque eodẽ morbo iſtorũ ferè iam periclitari. Vt ſcias me iniuſtũ in hos eſſe adcuſatorẽ: Cum paulatim in ſimi lẽ tendam inſaniam, ac dementiã, quam ex eadẽ cucula contraxiſſe nõ dubito, quum nanq; per tot ãnos hanc ipſam ſatis feliciter fugerẽ, nũc iam neſcio quo pacto mihi irata Nemeſis obſtitit. Cogor deniq; atq; premor in tanto literarũ ocio, ĩmaturus vt noſti, atq; intempeſtiuus precoces fructus inter agriculas Chriſti, qui vos eſtis, porrigere. Vix enim in vera illa vitæ pullurarã vix emerſeram, & iam bonũ illum fructũ ferre, in vineam dñi coarctor, iam in munus illud cõcionatoriũ impar meis viribus, abſq; ratione vocor. Quãtũ è re Chriſtiana eſſet. Si quũ adhuc Dei meſſis ſumus, non in herba, ſed maturo tempore diſcerperemur: quantũ ſi diutius in hac meſſe nõ inter meſſores adnumeraremur. Adhuc in manipulos vix cohærere poſſum, & iam cogor in aream Dñi portare. Quare

quũ fruſtra de his querar (cõſuetudo enim peruerſa cõtingit ſæpe vt Legis vireis in lõgũ tẽpus adſumat) quũ fruſtra obclamẽ tenerrimũ palmitẽ, inutilẽ meſſorẽ, trahor iam, ſi recte coiecto, vt triticũ in horreũ Dominicũ congregẽ. Iam ventilabrũ illud Dominicũ mihi in manus traditur, quo Dominicã aream, expers omnino, permundẽ. Quid faciã miſer, niſi ſimili illorũ audacia, vndequaq; circũſpicere? põdus, mẽſurã experiri? En quũ nuper tãtũ põdus aggrederer, hoc eſt, lectionẽ Sanctarũ Scrip. quũ pro inueſtigãda aliqua, in his, mihi vtilitate, diu deſudaſſem, Comperi ſatis in medio illo ardore Solis, non abſq; magna ratione, oculis caligare. Videbar enim mihi obſcurus & in tenebris, vt aiunt, micare, cũ in tanta illa luce verſarer. Vnde cũ cauſſam in re mira exquirere pararẽ, inueni tandẽ multum Hagiographis Script. obeſſe quo minus intelligantur, ſi tẽporũ rationem quis ignoret: atq; huic ſemper certã cõfuſionẽ quamuis inaudita quæda myſteria, ſenſus recõditos, ab illis extorqueat, relinqui. Id enim exiſtimo eſſe temporũ rationẽ Hiſtoriæ quod animã corpori humano. Tolle animã ab ipſo, quid aliud reliquetur niſi brutũ corpus, miſerumq; cadauer? in nihilũ enim oportet Hiſtoriæ cõpago redigatur, ſi quæ ex tempore pendẽt, quo qualiue tẽpore geſtũ ſit ignores. Quapropter tutũ mihi fore putaui ſi aliquã excogitaſſem

rationem, quã me ab hoc tanto Chao vendicarem: nullam aliam mihi firmiorem inſtitui, niſi eã ipſam quam cernis. Conſulendus itaque mihi fuit in re ardua Euſebius, D. Hieronymus diuerſis in locis, venerabilis Beda, Iſidorus, Lyranus, diligentiſſimus ille Driedon ac neotericus qui in hac re admodum elaborauit, vir noſtra hac tempeſtate catholicus. Nec id ſatis ſufficere credidi, niſi etiã prophanos, antiquiſſimoſque auctores qui de temporibus ſcripſerunt, ſimul conferrem: vt magis Hiſtoriæ veritas, eluceſceret Ad id potiſſimũ Beroſum Caldæum elegi, Manethonẽ Aegiptiũ, Megaſthenẽ Perſiũ, Philonẽ Iudæũ atque Ioſephum, & horum denique fere omnium, expoſitorem Anium Viterbiẽſem. Sed mirum quid eſt quod quum lucem hanc tenebroſus quærerem, eam non ſatis claram inter hos omneis inueniebam, præcipue inter illos, atque alios, qui veritatẽ Hebraicam ſeu contra. 70. Seniorum ſententiam ſequũtur. Quare quum non mihi omnino ſatiſfacerem, ſed incertus, neque minus confuſus quam antea, propter tam varias auctorum opiniones, vagarer, magno labore inueſtigaui Chronologiam hanc, certas illorũ ſententias amplectens, Quæ quum ſacra Scriptura maximè cohærent. Hanc igitur mihi vni, ac ſoli, quã in euoluendis ſacris libris, ob oculos proponerem, excogitaui. Cæterum quum amicorum notitiæ, quã

*Euſebius D. Hieronymus, Beda. Ven. Iſidorus Lyranus Driedon.*

*Beroſ. Cal. Manethon Megaſthenes, Philo. Ioſephus.*

tulacumq; eſt, ſuboleret, nõ defuerũt ſane inter eos qui me ſemel & iterum ſollicitarent, vt in gratiam multorum rem quam minimam credebam, vtilem tamẽ, in vulgus ederem. Renui ſemper vt par erat. Sed quũ ſe mihi, monoſticha quædam carmina de 25. ordine vetuſtiſſimorum Regũ qui olim poſt Dil. in Hiſpania regnarunt, & cõmentaria parua de Rebus Hiſpanicis publicãti, opportunitas offerret, decreui tunc hæc omnia iuxta ſupputationem Temporum noſtræ Chronologiæ, quò res iucundior eſſet, addere. Romanorum item, & aliorum Regnorũ seriem adponere. Atque quæcumque ſcitu digna præcipuè in Hiſpania, temporibus antiquis, contigêre, ea certitudine, qua poſſem, adnotare. Sacram vero ann. ſupputationem, quã iam antea tumultuariè quidem abſolutam habebamus, eo ordine, quo procedebat, reliquimus. Primò à Dil. Patriarchas vſque ad Moyſem poſueramus. Ab hoc vero Duces & Iudices eramus proſequuti. Deinde Reges Iudæ & Iſrael. Quum mortuo Solomone, orta ſeditione inter Hebræos, diuiſi regnarunt. De quibus agimus vſque dum in primũ librum Eſdræ peruenimus. Vbi de primo anno Cyri perſarum Regis fit mẽtio, Qui facultatem Iudæis in Hieruſalem redeundi, dedit. Quæ enim huc vſque tractamus iuſtum ordinem, ac certũ inter ſe ſeruant. Quippe duo libri *Paralip.* nihil

aliud continent præter quæ in lib. Regnorum habeã
tur. Vnde ab Aurelio Auguſto dicũtur quaſi ſuperio
rum Epitome. Imperia Aſſyriorum, ac poſtea Baby
loniorum Regum, qui bonam partem in Hagiogra
chis Script. obcupant, opportunè ad eam ipſam ſa-
cram Chronologiam iam nuper aſſignaramus. Nũc
verò Princeps Humaniſſime tuum erit munuſculũ
hoc, lætus adcipere, in quo gratiſſimum noſtrum
erga te animũ contemplabere. Et in eo, quod ob id
mittimus, ac tuo nomini conſecramus, ſi quid parũ
conſentaneũ, aut minus compoſitũ videris, tuo ipſo
tanto iudicio corrigere non grauabere. Vale Prin-
ceps quem vnicum omnibus ſpero ſubſidium.
Conimbrigæ. Calend. Octob. M. D. LIIII.

SACRA CHRONOLOGIA SEV.
ratio temporũ, in quinq; libors Moyſeos, quos
Græci Pentateuchon, Hebræi vero Thorà ad
pellãt Tum in Ieſu Naue, ac Iudicũ hiſtoriam:
in quatuor Regnorum libros, vſque ad primũ
Eſdræ. Continens primò ordine Patriarchas,
deinde Duces, qui Iſrraelitico populo præfuê-
re. Item Iudices, ac poſt hos reges quum Iudæ, tum Iſrael. Quibus ad
iecti ſunt ex propoſito Hiſpaniæ. xxv. Reges, qui poſt terrarum illã
inundationem maximam, in ipſa regnarunt. Reges item Aſſyrio-
rum, Medorum & Babyloniorum, qui bonam in Hagiographis ſcri
pturis partem obcupant: Latinorum, Romanorum præterea, ac
Macedonum, Cum alijs denique, quæ digna memoratu in illa tem-
pora inciderunt.

## ❧ De annorum diuerſitate & quomodo non olim Roma ſed ſola Hiſpania certos prima adinuenerit.

QVANDO de annorum ſupputatione nobis fu-
turus eſt ſermo nō erit ab re præmittere, de quibus
annis Solaribus nè an non Solaribus agendum ſit
Non enim ijdem, atque æquales fuere antiqui-
tus anni inter tot tantasq́ Mundinationes. Imò tanta eorum
fuit diuerſitas, quanta in ipſo hominū vixit varietas. Heinc
eſt quod apud Hiſpanos olim quadrimeſtres, admodum ta-
Xenophō. men rarò Solares, anni in vſu erant. Quod Xenophon lib. de
Plin. lib. Aequiuocis teſtatur. Neque abs re quidem, quum nullus fue
18. c. 25. rit, referente Plinio, qui Solis curſum ac Syderum exortus in
Plin. l. 7. Hiſpania proderet, ſiue quouis modo id ipſum anxiè curaret.
c. 48. Aegyptij quoque etſi primi omnium, vt ſcribit Herodotus,
annum in duodecim menſeis diuiſere, conſtat tamē ex Plinio,
Lact. lib. ex Lactantio Firm. quod idem cēſebat Varro, ex Xenophō-
2. de Diu. te eos menſem ſolum pro anno ad motum Lunæ habuiſſe. Soli-
inſ. c. 13. nus etiam eoſdem quatuor menſibus fuiſſe vſos adfir-
Solin. c. 3. mat. Hoc ipſum addit Xenophon, addit quoque non rarò
Macrob. l. trimeſtri. Macrobrius contra lib. 1. Saturnal. cap. 12. Anni
2. Somn. certus modus, ait, apud ſolos ſemper Aegyptios fuit, aliarum
Scip. c. 12. gentium diſpari numero. Alibi tamen nō diffitetur, menſem
quē Luna intra cæli ambitum luſtrādo conficit, annum dici.
Vnde à Luna menſis dicitur quæ grecè μήνη nuncupatur. Imo
annus non is ſolus eſt, inquit, quem nunc communis omnium
vſus adpellat, ſed ſingulorum ſeu luminum ſeu ſtellarū emē-
ſo omni cæli circuitu, à certo loco in eundem locum reditus, an-

nus ſuus eſt. Eſt tamen potiſsimus annus quem ſol proprio ſuo claudit labore. Vnde non immeritò Vergilius talium rerum ac Antiquitatum ſciētiſsimus, differentiæ cauſſa inter Lunæ & Solis ānū, dixit. Interea magnū ſol circūuoluitur annū. Quare auctore Plinio, alij annum æſtate vnum determinabant, & alterum hyeme, alij quadripartitis temporibus ſicut Arcades, quorum anni trimeſtres fuêre. Apud Acarnanas ſex menſes pro anno ſupputabantur. Chaldæi quum in Antiquitate ſuarum diſciplinarum vtātur menſtruo, in cæteris ſemper Solarem ſe intelligere fatentur. Inter Græcos trecentis quinquaginta quatuor diebus, hoc eſt. xii. Lunaribus menſibus conſtabat annus. In Italia Lauini tredecim mēſeis numerabant, quorū annus, teſte Solino, trecentis, ſeptuaginta quatuor diebus ferebatur. Romani initio annū decē menſibus computauere, à Martio auſpicantes. Numa verò Pōpilius qui à Romulo ſubceſsit, inſtructus à Græcis duos menſeis, Ianuarium & Februariū anno addidit. Græci namq́, quum temerè eo dierū numero ordinaſſent annū, adpareretq́, ſolem ſuū curſum intra dies. ccclxv. & quadrantē in Zodiaco cōficere, vbi ſuo āno deeſſe dies. xi. & quadrantem intelligebant, intercalares ſtatuta ratione cōmenti ſunt: ita vt octauo quoq, anno nonaginta dies ex quibus treis menſes tricenùm dierum compoſuerunt, intercalarēt. Nec aliunde Græci moti id fecerūt, niſi quia laborioſum ac difficile credebant ſingulis annis vndecim dies ſimulq́ quadrātē intercalare. Vnde eos dies ἐμβολισμοὺς menſeis verò ὑπερβαλλοντας adpellarunt. Hanc Græcorū rationem, quæ ſatis in ſe confuſa erat, quum poſt longa tempora Iulius Cæſar in Romana Repub. à Numa cōſtituta inueniſſet,

Vergil. 3 Aeneid.

lib. 7. c. 48

*Plutarchus.*

*Suet. in vit. Iulij Cæſar.*

*Macrob. lib. 1. Saturn. c. 14*

*facile, ad id prius Philoſophorũ & Mathematicorũ ſentẽtijs ac propoſitis diſcuſsis, vt teſtatur in eius vita Plutarchus, immutare potuit. Annũque, vt etiã tradit Suetonius, ad curſũ Solis adcomodauit, vt trecentorũ ſexaginta quinq; dierũ adiecto quadrãte eſſet, atq; intercalario illo ãtiquo menſe ſublato, vnus dies, quarto quoq; anno, intercalaretur, qui et hodie quoq; intercalatur. Imitatus ergo hoc modo Cæſar Aegyptios, vt ait Macrob. ad certũ dierũ numerũ Solis redegit annũ. Vnde Plinius eius diligẽtiã oſtẽdẽs, hoc, Soſigene ſciẽtiæ eius admoto, qui inter Aegyptios, Sacerdos peritiſsimus fuit, efficiſſe ſcribit. His itaq; annis Reſpub. Romanorũ vſa eſt, ab Imperio Iulij Cæſaris, à quo Iuliani dicti ſunt. Vſa eſt & his ſemper Chriſti Eccleſia, atq; totus ad hũc vſq; diẽ Terrarũ orbis. Nec abre quidẽ hoc factum fuiſſe puto, vt diligentia & beneficio Romanorũ anni certiores alijs aliarũ Natiõnũ omnibus contingerẽt, quum & populus Romanus illarum dominus, triũpho ac gloria nihil non ſub communi & propria ditione id temporis ſubiecerit. Verum enim verò quia non omnino illa annorum ratio certa atque conſumatiſsima fuit, ſumma & extrema diligentia Hiſpaniæ, quæ triumphi Romanæq; gloriæ hæres futura erat, relicta eſt. Hanc nanque iuſta de cauſſa explorare inpoſterum oportebat, Aegyptios olim aliquo modo in Solis curſu, ex quo conſtat annus, non prorſus veritatem attigiſſe, Hanc in Aſtrorum motibus eos ipſos non ſolum palmarium alijs non præripuiſſe verum etiam à recto ſcopo nõ ſemel aberraſſe. Hãc verò deniq; noui maioriſq; Mũdi, præter alias totius Europæ, Africæ, atq; Aſiæ parteis, ſolã dominatricẽ Iulianos annos eorumq; Auctores oſtendere adhuc diminutos*

eſſe. Quanquã aliquo pacto illis hoc ipſum ſubuoluiſſe, nos planè docet Pliniana lectio. Et Socigenes, inquit, ipſe tribus Commentationibus) & ſi diligentior eſſet cæteris) non ceſſauit tamen addubitare, ipſe ſemet corrigendo. Hoc tamen Alfonſus Aragoniæ & Caſtellanorum, Rex, vir admirandi ingenij, ac doctrinæ, diligentius longa poſt ſæcula rimatus, antiquiores ſatis in Aſtrorũ motibus prſus aberraſſe ꝓdidit, demonſtrauitq́; certiuſq; nobis rationẽ de ſolis motu, ac legẽ, ex qua cõſtat annus: perſcripſit. Quo fit vt in magno annorũ numero inter eos qui Iuliani, & Alfonſini ab Alfonſo ipſo dicũtur, nõ parua ſit differẽtia. Aequinoctia nãq; ad multos dies, & menſeis (tanta enim eſſe poterit annorũ congeries) mutari poſſunt. Ob id ſolum quia velocius in Zodiaco Sol voluitur, iuxta illa Regis Alfonſi minutula, quàm Aegyptij explorarint. Hac ex cauſſa iam olim Romana Eccleſia videns non diſimulandum in his ad longum tempus ſubeſſe errorem, per doctiſsimorum patrum Decreta Aequinoctia mutauit: vt rei veritas in Chriſti ac Diuorum Solennijs poſſet quadrare, Quod etiamnunc in Dei Eccleſia priſtina illa & adcurata diligẽtia, iterum præſtaret exquirere. Ergo de illis annis, quos hodie habet Romana Eccleſia, quos communi ore Solares vulgò adpellamus in præſentia agimus. De illis inquam quos multò antè ſortiti ſunt Hebræi, Aſſyrij, Caldæi, Aegyptij, necnõ & Græci, vnde vt diximus mutuati ſunt Romani, Deo Auſpice, annorum hanc ſupputationem exordiemur.

In Tab. aſtron. ad finem.

Conc. Nicen. 2.

Quomodo Hebræi conſtituant annum, & ex quibus menſibus.

*QVAMVIS Hebræorũ anni inter ſolares merito adnumerentur: nihilominus mẽſes ex quibus conſtãt, non tales ſunt quales nos hodie habemus, & nonnullæ etiam aliæ habuere nationes. Ratio eſt, quoniam per lunationes annum conſtituere conſueuêre. Vnde. xii. Lunationes apud Hebræos, ſimul additis vndecim diebus, faciunt annum ſolarem: Qua de cauſſa ipſi moti tertio quoque anno. xiii. mẽſeis adſignant: vt plena ſolari anno fiat adæquatio. Menſem nanque duodecimum, ſiue mauis adpellare lunationem, duplicant. Ex quo contingit, vt Martius noſter, qui illis eſt primus mẽſis, ex ſummi Dei præcepto, ſit aliquando ſecundus, id eſt, Aprilis, & contra. Quod ſanè nonnullos ex noſtris planè in eum errorẽ duxit, vt ſibi perſuaderẽt, Aprilem primum ominum eſſe menſem apud Hebræos.*

*Plin. libr. 18. cap. 25. in vno quoque bienio peracto. 25. Lunatiões, adnumerat.*

Quum nó eadem ſit temporum ſupputatio iuxta veritatem Hebraicam, atque eam quæ vulgò circunfertur 70. interpre. quæ potius ſit amplectenda.

*NOn eadem eſt planè temporum ſupputatio iuxta veritatem Hebraicam; atque eam quæ vulgò dicitur. 70. interpr. Nos tamen illam quæ maximè cum ſacra ſcript Cohæret, hoc eſt., veritatem Hebraicam, ſequemur. Eius verò quæ eſt. 70. Seniorum, quũ res poſtulabit, mẽſionem facere ſtatuimus. Cæterũ quid poſt hæc Rex Alfonſus in Chron. nonnumquam calculet, non ita magnifacimus, quaſi ab illa regia auctoritate diſſentire piaculum eſſe credamus. Imo quũ minus adcuratè in ea re ſe geſ-*

*ſerit, propter eos quos fatetur ſe ſequi Auctores, admoneo ei fidem, in ratione annorū, nullam omnino adhibendam, Quā tamē tumultuaria quadam opera (qua & alia) inſerere volui, non alia ex cauſſa neque alio motus cōſilio, niſi ut curioſus lector haberet quid ſecum poſſet conferre. Tamē quidquid ſit, operæprecium in his me facturum exiſtimaui, ſi hanc annorum ſummam vſq; ad Cyrum primum Perſarum regem, id eſt, primum lib. Eſdre, quò nos peruenire ſumus polliciti, ſummatim perſtringam. Eamq; vt iam intueri licet, gratia cum primis iuuandæ memoriæ, in partes digerens.*

Sacrorum Annorum ſumma, eo ordine, quo hodie Romæ in ſacro illo pontificum palatio videtur, atq; ab illis adprobatur.

*AB Adamo itaq; vſq; ad Diluuiū anni ſunt mille ſexcenti, & quinquaginta ſex. Gene. 5. & 7.*

*A Diluuio vſq; ad ortum Abraæ ann. nonaginta duo ſupra ducentos. Gene. 11.*

*Ab ortu Abraæ vſq; ad Moyſem ann. quadringenti & viginti quinque. Geneſ. 25. & 47. Exod. 12.*

*A natiuitate Moyſeos vſq; ad exitum ex Egypto an. octoginta. Act. 7.*

*Iſraelitæ vagati ſunt in deſerto, ann. quadraginta Num. 14.*

*Ab ingreſſu in Terram Chanaam vſq; ad annum. 4. Solomonis, ſiue templi ædificationem, ann. octoginta ſupra quadringentos. 3. Regum. 6.*

*Ab ædificatione Templi vſque ad Ioas ann. centum & triginta octo. 3. & 4. Regum atque. 2. Paralip.*

*A Ioas vſque ad ſpontaneam traditionem Ioachim, adiectis illis decem ann. quibus Amon pro captiuo patre Manaſſe regnauit, ann. vnus & nonaginta ſupra ducentos. Et ab hac traditione Ioachim vſque ad deſolationem Hieruſalem ann. vndecim. Cõligitur hoc ex. 4. Regum & . 2. Paralip. Anni captiuitatis Iudæ ſeptuaginta, Daniel. 9. Hier. 25 Hactenus de annorum numero, à Mundi initio vſque ad deſolationem Hieruſalem, destructionemqúe Templi. Conueniunt in eiuſmodi ſupputatione, quicumque Hebraicam veritatem ſequuntur. Conueniunt & Hebræi Chronographi, parum aut ferenihil interſe diſcrepantes Quæ itaque diximus quaſi majori in ſumma repetamus. A principio Mũdi vſq; ad destructionem vrbis Hieroſolymitanæ. anni fluxerunt. 3373. A Diluuio vſque in hanc deſolationem, anni. 1717. Ab ortu Abrae vſque ad eam ipſam vastationẽ, an. 1425. Ab Egreſſu Hebræorum in eo anno quo Tabernaculum ligneum in deſerto inchoatum eſt, huc illuc quòcumqúe migrarent Iudæi, portandum, vſque ad dirutionem Templi Solomonis ann. 920. A quarto ann. Solomonis, quo conſtructum eſt Templum lapideum: vſque ad illud tempus quo humi proſtratum iacuit, ann. 440.*

De Mundi Aetatibus quot, & quid ſint.

*AEtas dicitur non ea quæ præſens, præteritum, aut futurum tempus contineat, ſed quæ totum hoc & præſens & præteritum & futurum intercipit: vt egregiè adnotauit Rex Alfonſus. Et quum à pleriſque ponantur ſex Aetates, non ob id huiuſ-*

*Rex Alfonſus in Chron.*

*modi adpellatione dicuntur, quaſi vero ætates inter ſe omnes ſint æquales: vna enim altera maior, & altera quæ minor eſt, maior alia eſſe contingit. Sed ea ratione, tali proferuntur nomine, quia ad longum tempus vnaquæq; decurrit. Et quæ inter mortales aliqua fama, aut memoria digna adcidebant, iure ætatib. vt idem ſapientiſſimus Alfonſus docet, menſurabantur.*

*EST ergo prima ætas à principio Mundi vſque ad Dil. eos includens annos quos ſupra poſuimus. Vltimo anno huius ætatis in quo magnam illam terrarum inundationem ingruiſſe conſtat, mortuus eſt Mathuſalem, vt ex Sacris demonſtrat Hieron. ſupra Gen. Iuxta verò .70. Interpret. vulgarem opinionem, qui ſupputāt ann. 2242. ab Adamo vſque ad Dil. poſt aquarum tempeſtatem, eum ad huc vixiſſe reperias. Quod quidem eſſe non poteſt, quum Moyſes tantum octo animas ſeruatas in Arca fuiſſe dicat. Quod & ſanctus Petrus adfirmat.* Aetas. Gene.c.6. 1.Can.c.3.

*AEtas ſecunda fuit à Dil. vſque ad ortum Abraæ, annorum numerum ſuprà videre licebit.* 2. Aetas.

*AEtas tertia ab ortu Abraæ vſque ad primum ann. regni. Dauid. Hæc habet ann. quadraginta duos ſupra nongentos. Qui numerus ex ſcript. patet.* . Aetas.

*Quarta AEtas à principio regni Dauid vſq; ad vndecimū ann. regni Sedechiæ, in quo templū ſubuerſum eſt, & omnis Hieruſalē deſtructa. Anni vero quadringenti octoginta quatuor. Qui tamen Amō regem Iudæ ponunt (vt venerab. Beda, ac alij) duos tantum regnaſſe ann. quadringentos & ſeptuaginta tres in hac ætate conſtituunt. Quod ex eo* 4. Aetas. Beda de Tēporibus.

adci

*adcidit quia credunt duos ſolum annos hunc Regē Hebræos rexiſſe: & Ataliam ſex. Quam. 70. Interpr. regnaſſe ann. ſeptem adſeuerant. Qua de re poſtea diſſeremus.*

5 Aetas. *Quinta Aetas à deſolatione Templi, & Hieruſalem, vſq; ad Chriſti natiuitatem ann. nonaginta ſex ſupra quingentos. Beda etiam hanc ſeptem annis breuiorem facit ætatem. Quæ annorum ſupputatio, non omninò pendet ex ſacra ſcript. Sed partim ex ea, partim verò ex probatis Chronographis, vt*
Driedon libro.3.c.5. *ſentit Driedon, in ſacra ſcript. diligentiſsimus Computator. lib.3. de adparentibus ſcript. Contrarietatibus cap.5. de obſcuritatib. in ſacris ex ſupputatione annorum & Hebdomadarum, emergentibus.*

6. Aetas. *AETAS ſexta eſt hæc, in qua agimus: In quuius feliciſsimis initijs natus eſt Chriſtus Deus & homo filius Mariæ Virginis, Et hæc ipſa nulla ium ſerie temporū nobis determinata ac certa. Quæ à nonnullis iure decrepita dicitur. Quaſi in ea Mundus pereat, ſit neceſſum.*

De Aetatib. Mundi à Chriſto ſeruatore noſtro in Euange. ſub Parabolicis verbis ſignificatis.

*HAS etiā Aetates Chriſtus ſeruator noſter apud Mathæum nobis ſub illis verbis Parabolicis, de*
Matt. 20. *operarijs, quos Pater familias in vineam ſuam excolendam miſerat, ſignificauit. Qoſdam enim conuentione facta ex denario diurno, mittit hora prima. Quoſdam, illos ſcilicet ſtātes in foro otioſos, hora tertia. Alios quum iterum domo exiret, hora ſexta. Alios verò hora nona. Vltimos tandem in eam ipſam viniam ad operā-*

*dum ire iubet, hora vndecima. Vides ergo (ni fallor) ex his planè, quas ſupra poſuimus Aetates, à Chriſto, ſuboſcurè tamen, ſubmonſtrari. Vbi inter tot, ac tam multos Doctores Sacros, pro multis vnus Hieronymus, ac alter Gregorius, hoc nobis in præſentia magis enucleant. Hieronymus namque ad* Hierony.
*Damaſum Pap. hiſtoriam illam de filio Prodigo diuinè quidem, vt omnia, enarrãs, Cùm iam tot illis illius Parabolæ ar-* Epiſt. 69.
*canis, ac miſterijs quaſi colophonem imponeret, demum ad* ad Damaſ. Pap.
*hoc deuenit vt malum inuidiæ in Iuſtos poſſe cadere non dubitaret, Multis igitur argumentis rem ipſam probabat Diuinus Doctor præcæteris tamen vnicus ille Matthæi locus plus ſibi viſus eſt fauere, adplaudereq́. Quum inter ſuum probandum propoſitum, nobis illas quas ex verbis Chriſti potuimus extorquere Aetates, vtcumq́ue explanauit. Operarij, inquit, mittuntur ad vineam, Et in prima hora vocantur Adam, Abel, Seth: In tertia Nöe, In ſexta Abraam, In nona Moyſes. In vndecima Gentium populus, Cui dicitur, Quid hic ſtatis Otioſi? Illo reſpondente, nemo nos conduxit. Extrema autem hora, noſtri Seruatoris aduentus eſt. Teſtãte Ioanne, Fratres nouiſsima hora eſt. Hæc Hiero. Diuus au-* Ioann. 1.
*tem Gregorius penè eiſdem verbis hoc ipſum explicat. Aitq́,* Can. c. 2.
*mane etenim Mundi fuit ab Adam vſq; ad Nöe. Hora ve-* D. Greg.
*rò tertia à Nöe vſque ad Abraam. Sexta quoque ad A-* Homil. 11.
*braam vſque ad Moyſem. Nona à Moyſe vſque ad aduentum Domini. Vndecima verò ab aduentu Domini vſq; ad finem Mundi. Hucuſque Gregor. Ex his planè intelligimus Chriſtum Seruatorem noſtrum, per illas horas, Mundi Aetates nobis ſubſignificaſſe. Pautiores tamen, nec inter ſe*

ſimiles omnino, vt adparet, illis quas ante poſuimus. Prima etenim, & ſecunda, quæ eſt Tertia hora, vix in verbis diſcrimen habent, Si ad illas alias referas, tantum abeſt vt in annis aliquam diſſonantiam inuenias. Tertia, hoc eſt, Sexta hora, omnino diſſimilis ab alia eſt. Illa enim ab ortu Abraæ, vſque ad primum ann. Regni Dauid, annos habet quadraginta duos ſupra nongentos. hæc ab ipſo Abraam vſque ad Moyſem ann. quadringentos, & viginti quinque ſortitur. Quarta verò Aetas, id eſt hora nona, diſſentit prorſus ab illa altera, Quum hæc, à Moyſe videlicet ad Chriſtũ vſque adſertorem noſtrum, ann. vnum & quadraginta ſupra mille quingentos contineat, Illa vero quæ eſt à priucipio Regni Dauid vſque ad vndecimum ann. Sedechiæ, quadringentos quadraginta octo an. Complectitur. Quæ deinde ſequitur, à Sedechia vſque ad Chriſti natiuitatem, ſub eo tempore includitur, quod eſt à Moyſe vſque ad Chriſtũ. Sequitur Aetas decrepita quæ eſt vndecima hora, in qua omnes nunc ſumus, & in qua olim tot Sancti Apoſtoli ſcilicet, Martyres, Confeſſores, Virgines Omnéſque noui Teſtamenti, vt Tonſtati verbis vtar, fuêre.

Supra. Math. c. 20. q. 6.

De Mundi Aetatibus, ac Temporum ſupputatione iuxta Regem Alfonſum.

Alfonſ. in Chronicis.

QVAS ſuprà Communi ordine poſuimus Aetates, Rex Alfonſus longe aliter orditur Eas ſupputans quodam ad Chriſtum ſemper reſpectu. Ante omnia ſummam annorum ab Adamo vſq; ad Chriſtum: Deinde à Diluuio ad Chri-

*ſtum: poſtea ab Abraam ad Chriſtum. Omnes. denique Aetates ad ſeruatorem noſtrum referendo. Nos vero diligē ti calculo, eas etiam in noſtrum communem numerandi ordinem, nihil in annis à mente Regis Alfonſi diſcrepantes, digeſsimus.*

*Prima itaq; Aetas ab Adamo vſque ad Diluuium conti-* 1. Aetas.
*net ann. 2844. Secunda Aetas quæ eſt à Dil. vſque ad* 2. Aetas.
*Abraam. ann. 272. Tertia Aetas ab Abraam vſque ad* 3. Aetas.
*Dauid Regem ann. 1040. Quarta Aetas à Dauide Rege* 4. Aetas.
*vſque ad Sedechiam annos intercipit. 474. Quinta Ae-*
*tas à Sedechia vſque ad Chriſt. adſertorem noſtrum.* 5. Aetas.
*ann. 469.*

*Conlige ergo ſi placet, hanc annorum ſumam, & inuenies ab Adamo vſque ad Chriſtum ann. 5099. Caeterum hoc etiā animaduerſione dignū duco, multò aliter in Tabulis Aſtrō. eundem Alſonſum Regē, hos ſupputare annos. Ab Adamo namque ad Chriſtum vſque adſignat ann. 6984. Dies vero. 221. Vnde & in prima Aetate, quæ eſt ab Adamo vſque ad Dil. adnumerat ann. 3882. Dies vero. 167. Qua ex re vides (ni fallor) quanta in ſacris adnumerandis anni ſit varietas ac diſſentio: Quum Alfonſus ipſe, ſapientiſſimus iure Rex à cunctis adpellatus, ſibi contrarius videatur, nec vnquam ſatisfaciat. Non ergo mirum ſi Euſebius, Origenes, Chriſoſtomus, ac alij ſancti antiquique Patres ab*
5199. *Adamo vſque ad Chriſtum ſupputent ann. 5199. Alij vero quum ex antiquiſsimis patribus, tum ex Recentioribus, ab ipſo mundi principio, ſiue ab Adamo, conſtituunt ann. 3934. Sed hæc tanta differentia inter hos & illos, ex eo quidē*

Rex Alfonſ. ſibi cō trarius in ſacris adnumerandis ann, ac Aetatib.

Differentia illa annorum in ſacris, vnde prouenerit.

adcidit, quia alij. 70. Interpr. alij Hebraicam veritatem ſunt ſequuti. Quæ tamen diſſonantia Euſebium, Hieronymum, atque Aurelium Auguſtinum, minimè iam olim latuit. Diſcordia verò hæc, quæ vulgò forſan è mente. 70. Seniorum fuiſſe, falsò cenſebitur, quos ſpiritus Sanctus auctore Hieronymo, adflauerit, in eo poſita eſt, quòd hæc, & illi, aliter ac aliter in prima & ſecunda Aetatibus, hoc eſt, à Mundi initio vſque ad Diluuium, & à Diluuio vſque ad ortum Abraæ, ſuos numeros parum inter ſeſe conuenientes, concludant. Nam ſeptuaginta Interpr. numerus ab Adamo vſque ad Dil. intercipit ann. 2242. vt iam ſupra adnotauimus. Secundum verò veritatem Hebraicam poſuimus ann. 1656. Superat ergo primus numerus, hunc ſecundum, in quingentis octoginta ſex ann. Rurſus à Dil. vſq; ad ortum Abraæ quæ ſecunda eſt Aetas. 70. Seniorum tranſlatio ſupputat ann. 942. Veritas verò Hebraica multò aliter pauciores annos conſiderat, id eſt, 292. Quare ſuperant ſeptuaginta Seniores in ſexcentis & quinquaginta ann. Quod ſi iterum annos, in quibus, hi vltra, quos ponit Veritas Hebraica, prima & ſecunda Aetate, tendunt, Calcules, hoc eſt ab Adamo vſque ad ortum Abraæ, inuenies Tranſlationem. 70. Interpr. ſuperare Verit. Hebr. mille ac ducentis & triginta ſex annis. Hæc igitur eſt cauſſa, quare tot tantique viri in ſacris annis adnumerandis diſſentiant. Unde non immeritò colligas, quantum ſit illis errandi periculum, qui. 70. Interpr. ſupputationi Temporum adhærent. Eòusque enim vulgarem illam illorum æditionem, temporis iniuria, à veritate Hebraica deuiaſſe experimur, vt ijs eiuſdem annis, quos nunc

In Prolg. ſupra Paralip.

Aliquando ea ipſa 70. vulgata aditio in hac. 2. Aetat. variat auct. Euſeb. et Auguſti. ad numerans ann. 1072.

70. Interpre. ſuperant Ver. Hebr. in mille & 236. ann. In ſupputatiõe. Tẽpo. nec. 70.

adſigna

*adſignauimus, inniti, minimè tutum ſit. Multò minimus antiquis Patrib. eum annorum numerum ſequentibus, ſtandum eſt. Quod probè monet Driedon, eo in lib. quem ſupra citauimus. Si tamen quæras an ab ortu Abrae vſque ad Chriſtum ſeruatorem noſtrum, aliqua inter eos detur diſſonantia, nullam, aut ſaltem paruam, vt pote in tribus, vel quatuor ann. eſſe reſpondebo.*

*Interpr. nec antiquis Patrib. eam ſequentib. innitēdū. 70. Interpre. concordia cum Ver. Hebr. in alijs, præter primam & ſecundam Aetatib.*

### Summa annorum à Mundi Creatione vſque ad hunc annum. 1554. in quo viuimus iuxta Ver. Hebr. 70. Interpr. atque Alfonſum Regem.

*QVum ſuprà ſit pro comperto quot anni elapſi ſunt à Mundi conſtitutione, vſque ad Chriſtum, tam iuxta Eorum ſententiam, qui Veritat. Hebraic. amplectuntur, quàm aliorum qui 70. verſionem in omnibus ſunt ſequuti: Non erit iam admodum laborioſum, hanc annorum ſummam, ſecundū vnamquanque opinionem, & ſecundum Alfonſum Regem, huic, quæ à Chriſto defluxit, vſque ad hoc tempus in quo agimus 1554. Coniungere.*

*A Mundo itaque condito ſecundum Hebraicam Veritat. vſque ad hunc ann. 1554. Anni præteriêre. 5488. Iuxta. 70. vero Interpr. expoſitionem ann. 6753. Secundum Alfonſum Regem in Chron. ann. 6653. Secundum eundem Regem Alfonſ. in Tab. Aſtron. ann. 8538.* *Alfonſ.*

### Mira de Primordijs. 70. Interpr. atque digniſſima ſcitu.

*QVum eo tempore, quo noſtras has ſchedias excudendas iam typis tradideramus, Conimbrigæ xiij. Calend. Auguſtas, de more publicè inter noſtros Theologos Baccalaureatus ordinis, quos hæc alma Academia annuo prouentu ſatis ingenioſos adoleſcentes ſtudioſoſq; nobis germinat, multa, commoda illa quidem, atq; ſubtilia diſputarentur: Eòque ſe verteret ordo, ac lex diſputationis, vt de annis quibus nunc de agimus, magna, inter ipſos, alijs adhærentibus Veritati Hebr. alijs autem .70. Interpr. fauentibus, ſeu contra adcuſantibus, ſuborta fuerit altercatio. Vbi quum aliquos ſciuerim (non enim his diſceptationibus præſens fueram) minus attentè .70. Interpr. auctoritati detraxiſſe, quos ſpiritu. Sancto adflatos, adcepimus ſcripturas tranſtuliſſe, alioſq; etiam non ignorem viuere, vixiſſeq; qui non tantum Eorum antiquæ traditioni, quantum olim antiqui Patres, tribuant. Statui hoc in loco, quod nequaquam mei erat cõſilij, hinc omnem adripiens obcaſionem, de fide, illis, magna reuerentia debita, deque eorum auctoritate, nonnihil, vix concedente Typographia, dicere. Præſertim quum his quæ præ manibus habemus & ſupradictis, magnopere cohæreant. Bona tamẽ venia prius obtenta à doctiſſimis præceptoribus meis, ſacræque Theologiæ digniſſimis Doctorib. qui tunc eas publicè diſputationes, ſua præſentia, illuſtrabant. Quod ne alicui friuolum aut à iuuenili audacia profectum videatur eſſe, pollitior me dicturum non vulgaria quidem, nec omnino de his obuia. Tradunt Sapientes Hebræorum, (tantam enim Rabinorum cateruam ſingulatim nominare ſuperuacaneum duxi) atque nonnulli etiam antiqui ſacriq; Patres, Moyſem. præter il*

ter illam legem quam Deus optim. & M. xim. ei in montem dederat, aliam ſpiritalem, id eſt, prioris expoſitoriam adcepiſſe, Primam, hoc eſt, literalem, Moyſi licuiſſe ſcribere. Secūdam vero nequaquam. Quæ manifeſtationem, omnium myſteriorum ac arcanorum, quæ ſub cortice verborum legis latitabant, continebat. Imo ne verbis quidem, alijs præter. 70. Sapientibus communicaret, à deo prohibitum eſt. Quos idem Moyſes ex Dei præcepto, ad hanc ſecundam legem elegerat, Eiſq; præciperet, nullo quouis modo, talem vnquam ſcriberent. Sed ſubceſſoribus ſuis viua noce reuelarent, & quaſi per manus poſteris perpetuò traderent. Vnde ex hoc modo tradendi, eam ſcientiam, ſubceßiua quadā receptione, ab altero in alterum, dicta eſt apud ipſos Hebræos Cabala, quod Latine ſonat receptio. Fuerunt tamen poſt longa tempora, hæc arcana (Deo permittente) literis tradita, Vnde & illi libri dicti ſunt Cabalæ. In quibus plurima, imo pene omnia inueniri conſona fidei noſtræ teſtatur omnium linguarum peritißimus ille iuuenis Picus Mirandula. Ex quibus conuincuntur Iudæi, vt ait, ad credendum in Chriſtum. Sed vſque in hodiernum diem vt verbis vtar Pauli, obtuſi ſunt ſenſus Eorum, & velamen poſitum eſt ſuper cor eorū. Qui enim ipſius Chriſti tot miraculis veram ipſius diuinitatem cōmonſtrātibus, eiuſq; Doctrinam, potuerunt nō credere, quomodo eius dictis ſeu libris quos domi ſecum habent, acquieſcent? Quod itaq; hucuſq; diximus, præter quāplurimi Rabini, quorum nomina conſultò ſubticuimus, Non ſolum adfirmant ſacri Doctores, verum etiam & ipſa ſcriptura diuina. Eſdras namque in hunc modum, apud quem ſic Deus loquitur, habet, Reuelans reuelatus ſum ſuper

4. Eſd. c. 14.

rubſum, & loquutus ſum Moyſi, quando populus meus ſer uiebat in Aegypto. Et miſi eum & eduxi eum de Aegypto. Et eduxi eum ſuper Montem Sinây. Et detinebam eum apud me diebus multis, & enarraui ei mirabilia multa: & oſtendi tempora ſecreta & finem. Et præcepi ei dicens. Hæc in palam facies verba, & hæc abſcondes. Origenes etiam cuius magna eſt auctoritas in ſacris Script. in his, quæ ab Eccleſia recipiũtur. Supra illud Pauli ad Rom. 3. Quid ergo amplius Iudæo eſt? aut quæ vtilitas Circunciſionis eſt? Multum per omnem modum. Primum quidem quia credita ſunt illis eloquia Dei Ait Origenes, Conſiderandum eſt, quia non dixerit literas eſſe creditas, ſed eloquia Dei. Ergo ex his paucis Origenis conligimus, quod præter literalem legem, aliud quid traditum fuit Iudæis. Quod hic vocat Paulus eloquia Dei. Literas enim, hoc eſt, literalem legem adcepiſſe Moyſem nemo eſt qui ambigat. Sed ea eſt quæ ex ſe niſi adſit ſpiritus viuicans, non ſolum eſt mortua, ſed in ſe legentibus mortem habet. Vnde quia Dei eſt, omni in tempore ſuis ſubcurrere, tradita ſunt illis eloquia Dei. Quæ ea ſunt, quæ apud Hebr. Cabala dicitur, Id eſt verus legis ſenſus, ab ore Dei adceptus. Moyſes enim à Deo & à Moyſe. 70. Seniores primò ad id electi, huiuſmodi ſcientiam adceperunt. Hilarius quoq; in Expoſitione Pſalm. 2. Sic inquit, Erat autem iam à Moyſe antè inſtitutum in omni Synâgoga. LXX. eſſe Doctores. Nam idem Moyſes quamuis Veteris Teſtam. verba in literis condidiſſet, Tamen ſeparatim quædam ex obcultis legis ſecretiora myſteria. 70. Senioribus, qui Doctores deinceps mauerent, intimauerat. Cuius Doctrina etiam Dominus in Euangelijs memi

Origenes Paul. Roma. 3.

Quid apud Paul. Eloquia Dei Rom. 3. ex Origene.

Cabala quid ſit apud Hebr.

Hilarius,

*memnit dicens Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcunque dixerint vobis facite & ſeruate: ſecundum verò facta eorum nolite facere. Doctrina verò horum manſit in poſterum quæ ab ipſo ſcriptore legis accepta in hoc Seniorum numero & ſeruitio conſeruata eſt. Hæc Hilarius ad verbum. Vbi quid expreſſius dici poterat, quam præter legem ſcriptã, doctrinam aliam ſecretiorem fuiſſe, quã Moyſes ipſis. 70. Sapientibus intimabat. Quod autem tam ſecretior, tamq; verior de rebus arcanis expoſitio non niſi Sapientibus. 70. per Moyſem, iubẽte Deo, fuerit reuelata, teſtatur iterum Origenes vbi ſupra ſic ſcribens, De Moyſe Prophetiſq; & Cæteris horum ſimilibus hæc intelligenda ſunt dici, Quibus credita ſunt eloquia Dei. Adde & ſi quis apud eos ſapiens & intelligens auditor & mirabilis conſiliarius fuit. Hæc Origenes. Per quos conſiliarios (ait Comes Mirandula) illi intelliguntur quos vocant Hebræi Senedrim, id eſt. 70. illos ſeniores quos elegit Moyſes ex Domini Præcepto. Durauit huiuſmodi Doctrina ſic ab alijs ad alios tradita vſq; ad tempus Eſdræ. Quum, non ſine Dei numine arcana ipſæ Cabalæ in ſeptuaginta libros redacta ſunt. Quod hac potiſſimum de cauſſa fuit factum, quia poſtquam à Babylonica captiuitate filij Iſrael reſtituti ſunt per Cyrum, & ſub Zorobabel inſtauratum fuit templum, Tunc Eſdras qui eo tempore præerat Synagôgæ poſt Moyſeos reparatam legem, & vetus Teſtam. correctum, curauit etiam vt illa Dei myſteria, quæ ad illud vſque tempus ſcripta non fuerant, ſcriberentur. Quoniam propter captiuitatem quæ ſæpe ſæpius ſuæ Genti adcidere videbat audieratque, illum ordinem tradendi per manus ab alio in alterum, ſeruari*

Math. 20. cap.

Mirand. in ſuo Apologet. q. 4. Quid Senedrim apud Hebr.

*non poterat. Imo timendum fuit ne tot tantiſque periculis in Rep. Iudæorum adſiduè ingruentibus: illa non ſcripta perirent, Quare ſtatuit Eſdras ut ſcriberentur, adibitiſq; ad hoc magna cura omniq́ue diligentia illis. 70. Seniorib' inter quos ipſa doctrina vigebat. Atque ut omnia illa ſecreta in. 70. volumina præcipua redigerentur iuſſit. Quæ & deinde non niſi Sapientibus communicarentur. Unde apud Eſdram ſic legimus. Exactis quadraginta diebus loquutus eſt Altiſſimus dicens. Priora quæ ſcripſiſti in palam pone, legant digni & indigni. Nouiſſimos autem ſeptuaginta libros conſeruabis ut tradas eos ſapientib. de populo. In his enim eſt vena intellectus, & ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen. Et ſic feci. Hoc Eſdras. Septuaginta autem libri qui ſenſum illum ſcrip. Moyſeos ſubliorem ac diuiniorem (is nunc apud nos dicitur Anagogicus, apud Hebræos Cabala) continebant, extant hodie, ut credo, inter Synagogæ Rabinos. Quos magno ſtudio abcultant, atque intra abdita, pænetraliaque reconditos obſeruant. Hos tamen Comes Mirandula magnis expenſis, quibus ille Iuuenis in ſtudijs minimè parcebat, potuit, ut ipſe fatetur, à quibuſdam Rabinis extorquere. Præſertim quum nulli Chriſtianorum copiam eos legendi, imo ne videndi quidem, unquam præſtiterint. Scio tamen Sixtum quartum Pontificem Max. magno ſtudio curaſſe ut in publicam fidei noſtræ utilitatem latinis literis mandarentur. Qui quum iam mortem obiret, tres ex illis Romano ſermone donati erãt. Hos libros, referente eodem Pico Comite, nemini apud Hebræos licet attingere, niſi qui ætatis ſuæ habuerit quadrageſimum ann. Ibi enim Trinitatis myſterium, ait Picus Mirãdulanus. Ibi verbi incarnatio,*

Meſsiæ diuinitas, Ibi de peccato Originali, de illius per Christum expiatione, De cæleſti Hieruſalem, de caſu Demonum, de Ordinibus Angelorum, de purgatorijs, de Inferorũ pœnis. Atq; deniq; de alijs quæ hodie ſacra Theologorũ ſchola diſputat, & chriſtiana fides profitetur. Quæ itaq; hucuſq; diximus, non paucis inaudita, ea eſſe credo quæ vel Momo (quod dici ſolet) placere, & aures inuidas demulcere poterũt. Ex quibus planè vetuſtiſsimam originem. 70. Interpr. iam contemplari licet. Quum à tẽpore Moyſi (vt adparet) incœperit, munuſq; interpretãdi ſacras ſcrip. ſemper habuerint. Nullumq; fuit tempus poſt Moyſem in quo hi Synagôgæ Doctores ac principes vſque non vixerint. Hi ſunt illi quibus Moyſes ex Dei præcepto tot illa arcana communicarat: Eiſq; ne ea ipſa myſteria vnquam tentarent ſcribere, ſed per manus viua noce, alij alijs electis traderent, prohibitum eſt. Hi ſunt qui per tot ſecula ſenſus illos ita ſublimes ſcripturæ Moyſeos ſuo pectore recondebant, explicabantq;, quandò aliqua exigebat neceſsitas. Hi ſunt. 70. Seniores & Conſiliarij, quorum arbitrio, opera, ac diligentia, Eſdras poſtea hæc ipſa arcana legis, ne aliqua inſurgente in Hebræorum Rẽpub. tẽpeſtate, perirent, in ſeptuaginta volumina redegit. Hi ſunt inquam, vt vnum iam ſemel dicam, illi Interpretes quos Ptolemæus ille Lagi filius vt antiquiſsimus Irenæus teſtatur, atque Euſebius, ab Eleazaro Iudæorum Pontifice literis poſtulauit vt tales mitteret, qui ex Hebræo ſacras ſcript. in Græcum ſermonem ſibi transferrent. Vbi quanta Eorũ fuerit fides vnanimis, in interpretãdis ſacris Script, quãta penes Regẽ auctoritas, ſtatim dicemus. An verò ſint qui dubitent, eos, qui electi ſunt, ad hoc tantum munus, fuiſſe quos

Irenæus li. 3. c. 25. Euſeb. lib. 5.

*Moyſi traditio ad legis cuſtodiā ac doctrinæ arcanæ in Synagôga elegerit, neſcio. Scio tamē vnū Hilariū cuius mihi ſufficit auctoritas, in comm. ſupra Pſalm. ſic loquutum ad verbum. Sed. 70. Seniores ſecundum Moyſi traditionem ad cuſtodiam legis, atque doctrinæ in Synagôga manentes, poſteaquam illis à Rege Ptolemæo transferendæ ex Hebræo in Græcum ſermonem, totius legis cura mandata eſt, ſpiritali & cæleſti ſcientia virtutes Pſalm. intelligentes in numerum eos ac ordinem redegerunt &c. Ecce quàm clarè quàm apertè Hilarius confirmet, quod nemini, credo, fas erit dubitare. Hoc ipſum alibi verbis alijs idem Diuus Hilarius inſinuat. Hi itaque Seniores, ait, libros hos transferentes, & ſpiritalem, ſecundum Moyſi traditionem obcultarum cognitionem ſciētiam adepti, ambiguè lingua Hebraica dicta, & varia quædam ex ſe nunciantia ſecundum virtutes rerum certis, & proprijs verborum ſignificationib. transtulerunt, doctrinæ ſcientia, multimodam illam ſermonum intelligentiam temperantes. Hæc ad longum ex Hilario. Vbi & Moyſeos antiquam traditionem. 70. Sapientib. in Synagôga ſemper permanentib. & ſpiritalem legem, alterius, id eſt, literalis expoſitoriam (vt antè diximus) planè intelligimus. Quuius virtute. 70. Interpr. diuinitus inſpirati, multa ambigua & in lege obſcura, potuêrunt facile Ptolemæo interpretari. Eſſent & alia loca quæ noſtrum hoc probarent propoſitum Sed qui iam plus nimiū breuitatem excedere videor, nō vacat, in re quam credo certam, plura citare. Quanquam poſt hæc quid apud Hebræos ſit Cabala clarius diffinire optimum duxi: Hoc eſt, materiam, ſeu mauis adpellare ſubiectum, Circa quod talis doctrina verſatur. Ioannes ergo Reuchlinus, qui de arte*

*Hilarius in Prolog. ſup. Pſal.*

*Ptolemæo.*

*Hilarius in Pſalm. ſecund.*

*Ioān. Reuchlinus. li. 3.*

Cabaliſtica tres ſcripſit lib. quos ſummus Pontif. Leo. x. totq́, Epiſcopi, optimateſque viri magno adplauſu adprobarunt, talem Cabalæ diffinitionem poſuit. Cabala nihil aliud eſt (vt Pythagoricè loquar) quàm Symbolica Theologia in qua non modo literæ ac nomina ſunt rerum ſigna, verum res etiã rerum. Sic Reuchli. Quuius vltimam particulam diffinitionis, hunc ſenſum habere credo: Tunc res rerum ſunt ſigna, quandò pro vocibus ſiue oratione, alijs ſubſignificandis rebus ſubſeruire poſſunt. Quemadmodum enim per nomina quæ ad res ſignificandas, impoſita ſunt, res ipſas intelligimus, ita & Cabaliſtæ qui ſenſum illum in ſacris ſcript. anagogicum, ſublimem quidẽ cæteriſque diuiniorem curant, per res, res alias ad modum altiores, vt quæ diuina ac prorſus ſpiritalia, percipiũt intelliguntq́. Sed quænam hæ apud illos fuerint, non dubito Patriarcharum, Prophetarum, ac Regum geſta quæ Chriſtum præmonſtrabant venturum: fuiſſe. Et Quæ vel vulgus Concionatorum hodie optime nouit, Cõtemplabantur namque Cabalæi iuxta ſuam facultatem ſpiritualia omnia ac intellectualia, quemadmodum olim Pythagoræi ſua ab his mutuantes, factitare ſolebant. Vnde diſcrimen inter hos & Thalmudicos poſitum eſt: Qui in hoc mundo ſenſibili permanent, ac animam Vniuerſi huius Mundi (vt Reuchlini verbis vtar) non tranſcendunt. Et ſi quando licenter tamen ad Deum & beatos ſpiritus pergant, non tamen ad Deum ipſum vt immanentem & abſolutum adcedunt: ſed vt opificem, Cauſamq́ rerum & circa ſua Creata obcupatum. Angelos vero ad myniſteria quotidiana, diuinæq́ volũtatis effectus exequendos, mãcipãt, altiſsimarũ rerũ cõtẽplationes ad hunc modum ſemper refe-

Diffin. Cabalæ.

Pythagoras à Cabiliſtæis ſuã Philoſophiam mutuatus.

Diſcrimen inter Cabaliſtas & Thalmudicos.

Reuchlinus lib. 1.

rentes. Quandoque tamen (ait Reuchlin.) ſtudia vltrò citrò inter ſe cõmunicãt Thalmudici et Cabalæi, vt actiua vita & cõtẽplatiua: licet vnũ eũdemq ſacra ſcriptura Cõtextũ plerũq; alter ad timorẽ ſeruilẽ, alter ad amorẽ filialem, ſuo more lepida ſuaſione inuitet. Adparebit enim acri ſtudio Thalmudiſta ille

Quid Thalmud. apud Hebræos.

circa legis præcepta & mãdata reſidere, illa exponere, illa derigere, illa venerari, & exoſculari, vt nihil aliud diffinias Thalmud eſſe quàm legis explanationẽ. Vnde Thalmudici idẽ latinè ſunt, quod expoſitores & Phareſai, qui de ſuggeſtu & cathedra Moyſi ſemper inſtãt operi, prædicãt, & plebẽ hortãtur, dicẽtes, Seruite domino in timore, & cætera id genus alia. Cabaliſtæ autẽ quãuis, teſte veritate, viri ſint legẽ piè obſeruantes, tamẽ contẽplationi plus incũbũt, ideoq; viri ſpeculationis adpellãtur. Hi curã Rei Pub. ac priuatorũ domi belliq; ritus & cõſuetudines in Iudicialib. & moralib. cũ ſua hiſtoria penes Thalmudiſtas relinquẽtes, ea ſibi tantũ quæ ad animi quietẽ & trãquillitatẽ pertinẽt & ad amorem Dei, reſeruarũt. Hæc atq; alia quæ de his ſequũtur videre poteris apud ipſũ doctiſſimũ Reuchlinũ, cuiuis doctrinã licebit vſq; admirari. Petrus autẽ Galatinus vir quidẽ Saraphicus Ordinis Minorũ, qui.12. lib. de Arcanis Catholicæ Veritatis contra obſtinatã Iudæorũ perfidiam diuinè ſcripſit, multa quoq de arte Cabaliſtica, deq; eius auctorib. lib. 1. diſſerit. Quæ quia eadẽ ferè ſunt cum his quæ hucuſq; diximus, ſubſcribere ſuperfluũ, quum hæc iam ad nauſeam, (vt aiũt) vſq; ſim proſequutus, credidi. Sciat tamẽ Lector, eos fuiſſe Cabaliſtæos, qui de altiſſimis rebus in ſacra Scrip. ſemper diſputarũt. Illi, inquã, qui Sacroſanctæ Trinitatis myſterium cognouerunt. Quorum omnis Schola Sacramentũ Di

Pſalm. 2.

Pſalm. 2.

Reuchlin. lib. 1.

Petrus Galatinus.

Cap. 6.

Pet. Gal. libr. 2. c. 1.

uinæ

uinæ Trinitatis vſq; ad Meſſiæ tēpus reconditū latere debere cōceſſit. Quod ſanè nihil aliud hodie ſacra Theologorū familia clamat, quā olim Priſcis tēporib. ante Chriſti adſertoris noſtri aduentum, hæc myſteria arcana ac implicita fuiſſe. Fides enim implicita (vt ita loquar) tunc populo Iſraelitico ad ſalutem ſat erat, Populo verò iam nunc Chriſtiano, poſt Saluatoris noſtri aduentum, vt ſanctè Concilium Trident. definiuit, minimè gentium quoquouis modo velis, ſufficere poteſt. Iuſta nanq; de cauſſa, vt refer Galatinus, Sūmæ Trinitatis myſteriū, Iudaicæ Gēti obcultū ſecretū q; fuit. Neq; hoc, inquit, abſq; diuina prouidētia factū. Quæ vſq; adeò ad idololatriā prona erat, ad quā euitādā vniuerſa lex vetus illa condita fuit. Ne igitur in eorū qui plures Deos colebāt, errorē incideret, pijſsimus ipſe verus Deus voluit, vt in ſe vno ineffabilis illa perſonarū Trinitas ſub legis cortice hoc eſt īplicitè traderetur.

*Quid Scholaſtici Doctores doceant.*

*Concil. Triden.*

*Lib. 2. c. 2.*

## De Tranſlatione. 70. Interpr. Philadelphi Temporib. facta. Deq; Eorum ſumma auctoritate. De alijs qui poſt illos Sacras Script. ſunt interpretati, Atq; quænam dicatur corrupta & incorrupta. 70. æditio.

QVanta fides, quātaue auctoritas, per omnē tēpus, debeatur. 70. Interpr. vel ea quæ hucuſq; diximus, ſatis perſuadere poſſent. Tamē quia maior ē illis ex poſcimus (ſi vel maior dari poteſt) alia ex antiquiſsimis ſacriſq; Patrib. ſummatim ac curſim depromere tētabimus. Ante omnia iā nō de illa fide, nō de auctoritate quæ iure inter Hebræos ab omnibus dabatur. 70. Senorib. Sed de ea quā Chriſti Eccleſiā hodiè ipſis oportet exhibere, loquimur. Qui Deo præordinante, ſacram Scripturam ex Hebræo in ſermonem Græcum magno gno ſtudio, ac præſenti numine, interpretati, Primeuæ Dei

Irenæus libro.3.c.25. Euſebius. lib.8.

*Eccleſiæ tradiderunt. Quæ res vt olim euenerit, paucis ex antiquiſsimis Irenæo atque Euſebio Cæſarienſi, narrabitur. Sic enim quæ dicturi ſumus facile percipientur. Ante Chriſtum natum ann. ccl. ferè, vt nonulli ſupputant, priuſquam Romanorum inualeſceret Imperium, Macedonibus adhuc Aſiam poſſidentib. aduentante iam Saluatoris noſtri in genus humanum, ſalute, Quum maximè Gentibus, quæ vocandæ erant in illud vnum ouile extra quod non eſt ſalus, congrueret ea ſcire quæ prophetæ de Chriſto venturo prænunciabant: Deus omnipotens cuius eſt miſerere, diuina ſua prouidentia, Hebræorũ ſcripturas Mundo, quem in filio & per filium fabricarat, in ipſoque à tot ſæculis iacentem, erat ſuſcitaturus, ſtatuit communicare. Non enim poſt Saluatoris noſtri aduentum tam faciles has ipſas ſcript. nec ita, inuidia Iudæorum forſan quæ eos obcæcauerat, correptas haberemus. Iamquè Ptolemæus ille Philadelphus Lagi filius à Deo ipſo motus atque adflatus, Eleazaro Iudæorum Pontifici ſcribit (ſparebat enim eo tempore Iudæa Ptolemæo) vt inter Hebræos ſapientiores legiſquè peritos ſeligat qui Hebræas Script. ex Hebraico in Græcum ſermonem, vertant. Adfectabat namque Rex vt nihil, quoad fieri poſſet, Bibliothecæ ſuæ, quam inſignem Alexandriæ habebat ex omnium veterum Græcorum voluminibus refertam, prorſus deeſset. Seliguntur itaque. 72. Seniores, quos perfecto numero, duos omittentes, non ſemel ſolemus vulgò. 70. citare. Sed hi proculdubiò ſelecti ſunt, quos ſupra, ad cuſtodiam legis, Moyſem ſcribas ſiue Doctores in Synagôga reliquiſſe diximus. Hos igitur Ptolomæus, prius magnis obſtrictos pœnis, vt veram ac genuinam legis ſibi interpretationem transferrent*

*rent, ſingulos ſingulis cellulis ſeparauit, interpretariq́ iuſsit, vt tandem poſtea Rex prudens ſecum conferret, an vnus ab altero, ſeu contra, diſcreparet. Quos quum vnanimes in vnico Scripturæ ſacræ conſenſu inſpexiſſet, non potuit non Seniorum tum ſapientiã, tum prudentiam, magnoperè admirari. Quãuis Hieronymum eam habuiſſe conſtat opinionem, vt quæ diximus de cellulis, omnino fabuloſum atque confictum fuiſſe crederet. Quod magnus ille Irenæus Polycarpi diſcipulus, cui & Hieronymus multum ſemper tribuit, verum eſſe vt ſemel memorauimus oſtendit. Cuius doctrina neſcio quid diuinum certè habet, Apoſtolicamq́ ſapientiam (nimirum quoniam Apoſtolorum fermè temporibus vixit) ſatis redolens. Accedit præterea Auguſtini ſententia, vt Ruſinum contra Hieronymum, hac de re, contendentem, aliosq́ etiam antiquiores qui hanc ſibi quoq́ induerũt perſuaſionẽ, omittã. Neq enim vſq adeo vrgentiſsimũ eſſe credo Hieronymi in eos argumentum, fabuloſum quippè ac confictum, ait, ſe credere illud fuiſſe, quia Ioſephus de re ipſa nunquam meminerit. Imo non parum conſentaneum rationi eſſe videbatur, ſi illud ita contigiſſe credamus, quum, diſponente Deo, idipſum maxime veritati, congrueret. Quam Rex ipſe in re tanti momenti atque ponderis expoſcebat. Saltem Philonem omnium Hebræorum diſſertiſsimum, præter Thalmudicos, in hac fuiſſe ſententia, luculenter nobis refert Galatinus. Sed hæc aliorum iudicio expendenda relinquimus. Quod vero præcipuè intendebamus erat, quaſi nullo negocio oſtendere fidem ac auctoritatem. 70. Interpr. Vt quoſdam Sciolos atque effrontes ſuæ ineptæ inſcitiæ pudeat. Qui quum vix vnquam nudiſsimos fontes ſummis, quod aiunt,*

Ruſin. in Apol.

Libr. 1. c. 3.

*labris, attingant, (nec enim immundiſſimis labris attingāt fas eſt) ſed ſeſe in aliorum ſimilium vappa proluentes, multa non minus impia quàm inepta audent in admirabilem illam Seniorum ſapientiam garrire. Imprimis Irenæus lib. 3. aduerſus hæreticum Valentinum, fatetur eos ipſos. 70. Seniores concordes vnanimi conſenſu Scripturas ex Hebræo in Græcum idioma tranſtuliſſe. Deumq; glorificatum in illorum interpretatione, Eadem eiſdem verbis & eiſdem nominib. recitantium ab initio vſque in finem, nihilq; non certum ac verum oſtēdentium, vt ſcilicet præſentes Gentes cognoſcerent per aſpirationem Dei interpretatas eſſe Script. Additq; interpretatio. 70. Seniorum conſonat Apoſtolorum traditioni. Petrus etenim, Ioannes, Paulus, & reliqui deinceps & horū Sectatores, Prophetica omnia ita adnunciauerunt, quemadmodum ſeptuaginta duorum interpretatio continet. Vnus enim & idem ſpiritus qui in Prophetis vaticinatus eſt, in Seniorib. interpretatus eſt. Diuus item Aurelius Auguſt. non diuerſa nec his contraria de excellentia. 70. interpr. prodidit. Quippe qui ſcribat lib. 15. de Ciu. Dei, eos ſpiritum propheticum habuiſſe & . 20. item lib. adſerit prophetice interpretatos fuiſſe. D. vero Hieronymus & ſi hac de re dubius aliquādo eſſe videatur (ſatis enim putat, quod ex multis locis colliges, ſi, ſuggerēte ſpiritu ſancto, quæ pro tempore expoſcebantur, poſtea illa atque alia per Apoſtolos Gentibus declaranda magis, tunc interpretarentur) Tamen in Prologo. Paralip. eoſdem fuiſſe plenos dei ſpiritu ſcribit. Hilarius quoque 70. auctoritatem debitam tribuens, ait, perfecta horum. 70. Interpr. manet auctoritas. Primum quòd ante aduentum corporalem Domini tranſtulerunt, nec adulatio interpretandi adhibita tem*

Auguſti. libr. 15. de Ciu. c. 23. lib. 20. cap. 29.

Hierony.

Hilarius in Pſalm. 2.

*bita tempori arguitur, tanto anteriores interpretationis ætate, de hinc quod ipſi illi Principes, Doctoreſq́; Synagôgæ & præter ſcientiam legis, per Moyſem quoque dactrina ſecretiori perfecti innotuerunt, non improbabiles eſſe arbitri interpretandi, qui certiſsimi & grauiſsimi erant auctores docendi. hæc Hilarius, Auguſtinus etiam lib. 18. de Ciu. Dei, mira de præſtantia. 70 Interpr. præ cæteris alijs, qui ſacras ſcript. ſunt interpretati tradit.* Cap. 43. *Quæ niſi ſtuderemus breuitati, ad noſtram ſupputationem annorum currentes, non ineptè his quoque conecteremus. Quum in eis vnum dicat adparuiſſe ſpiritum, eumq́ue planè diuinũ ſine dubitatione, & in quibus Diuinitatis ſignum eluxerit. Qui namque in Prophetis erat ſpiritus, quãdò illa dixerunt, idem ille erat etiam in. 70. duobus viris, quandò illa interpretati ſunt. Et poſt nonnulla alia concludens Auguſt. Sic ergo vt oportet, nihil aliud intueamur in Scripturis illis, niſi quod per homines dixerit ſpiritus Sanct. Quidquid eſt in Hebræis codicib. & non eſt apud. 70. Interpr. noluit hoc per iſtos ſed per illos prophetas Dei ſpiritus dicere. Quidquid verò eſt apud. 70. & in Hebræis Codicib. non eſt, maluit per iſtos. 70. quam per illos dicere. Ecce quàm inſignia, hæc Auguſtini ſegmina, nobis de. 70. Interpr. declarent, Quos veros prophetas fateantur, minimè negantia & illos Interpretes ex iniuncto officio fuiſſe. Quod propter vnum Hieronymum dico, qui quaſi in Auguſtinum hoc vtitur argumento. Aliud enim, inquit, eſt vatem, & aliud interpretẽ eſſe. Ego tamen in Sacra Theologia adhuc νεοπτόλεμος non ſine modeſtia ac ingenti reuerentia quam ſanctiſsimo, viro Hieronymo exhibendam ſemper exiſtimo, edoctus ab Auguſtino, alijſq́ue ſacris Patrib. crede-*

Auguſt. 70. Interpr. Prophetas adpellat.

Argum. Hieronymi in Auguſtin.

rem illos qui inter ſacras Script. interpretandas diuino ſpiritu (vt omnes fatentur) alia diuina quæ ad Chriſtum ventūrum ſpectabant, ipſius Dei numine ſuggerente, poſuerunt, veros inde quoque fuiſſe Prophetas. Quapropter prudens tranſeo

Chryſoſto. ſup. Matt. Humil. 5.

Chryſoſtomum qui ſuprà Matth. Seniores. 70. omnibus qui Sacras Script. ſunt interpretati, digniores eſſe verè credidit: Eiuſq; æditioni ſecurius ſtandum, quum Iudæi poſt Chriſtum male in Rem Pub. Chriſtianam animati, multa non ſolum corruperunt, ſed de Chriſto etiam prophetice loquentia celauerunt.

Origi. Ep. ad African.

Tranſeo item Origenem, admonentem id tantū in Script. Diuinis pro vero habendum eſſe, quod. 70. Interpr. tranſtulerunt. Quippe quod ſolum ſit quod auctoritas Apoſtolica confirmet.

Rufinus.

Rufinus præterea in Apolog. contra Hieronymum, in ea videtur eſſe ſententia vt credat. 70. Interpr. expoſitioni magnopere innitendum. Quam Apoſtoli veram, & genuinam ſacram ſcript. eſſe iudicantes, Chriſti Eccleſiæ in precio habendam in poſterum reliquerunt.

Eccleſia per. 400. circiter ann. vſa eſt æditione. 70. Interpre.

Qua & vſa eſt primæua illa Eccleſia circiter quadringentos ann. Nec etiam parum cōmouit, imo vrgentiſſimnm contra Hieronymum ſemper hoc viguit argumentum, qui non tantum videtur concedere. 70. Sapientib. quantū alios antiquiores Patres conſtat tribuiſſe. Paulus etenim antiqua. 70. Interp. æditione nō ſemel vſus eſt.

Chriſtus & Paulus Apoſtoli, ac Eccleſiæ vtūtur 70. Interpre.

Vſus eſt et ipſe Chriſtus adſertor noſter: Vſi ſunt Euāgeliſtæ, & omnis etiā per tot annos primitiua Eccleſia. Ex his ergo adparet quæ fides quantaue auctoritas. 70. Interpr. debeatur. Adparet præterea à odioſa importunaq; aliquorum Hominum proteruitas, quos minimè pudet Sapientiſſimos viros, eos, inquam, quos D. Hieronymus numine adflatos imo plenos ſpiritu, eſſe inter-

pretatos,

*pretatos non diffitetur, & Auguſtinus veros Prophetas adpellat, exprobrare. Quippe non aduertunt Scioli. D. Irenæum, Euſebium, Tertullianum, Origenem, Chryſostomum, Hilarium, Omneſq; denique alios antiquiſsimos Patres, illorum diuinã æditionẽ, non minus in ſuis operibus vſque venerari, quã amplecti exoſculariq; Quãquã quid nos oportebat in his adnumerandis eſſe ſollicitos, quando Chriſtus, Paulus, & Euangeliſtæ, ipſaque Primæua Eccleſia, eos ſemper in precio habendos, inſinuarint. Apoſtoliq; Chriſti Eccleſijs eorũ doctrinã, quæ ſacra, vera, genuina ac germana ſcriptura erat, ſeruandã tradiderint. Quid quod nobis obijcient (ſat ſcio) Qur ergo eã diſcrepantiam annorum à veritate Hebraica in Temporum ſupputatione apud. 70. Interpr. cernimus? Qur illos inſpiratos numine Prophetaſq; nominas in quibus vel tantillum mendaciũ potuit reperiri? Qui fieri poteſt, vt vno aut altero exẽplo (inquis) vtar vt ante Diluuium Adam ducenteſimum trigeſimum agens ann. Seth, genuerit, iuxta hos. 70. Sapientes, quos tantopere nobis commendas, quum Veritas Hebr. tantum centeſimum trigeſimum eum tũc habuiſſe ann. dicat? Memineris, addis, magnum illud diſcrimen in prima & ſecunda Aetate, te nobis inter hanc & illos poſuiſſe? His atque alijs nunc iam reſpondere facile eſſe oſtendemus: modo per nos ac alios ea quæ. 70. Seniorib. debetur auctoritas, quam & antiqui Patres ſemper exhibuerũt iterũ iterũq; ſtet. Non ergo dubitauerit quiſpiã, poſt illam primam. 70. æditionem de qua hucuſque egimus, Philadelphi temporibus factam, Alias non paucas, ſuos habentes Auctores, poſt Chriſtum natum extetiſſe. Quarum primus fuit Auctor Aquila Iudæus natione Ponticus, Moyſacæ legis*

*Obiectiones.*

*Adã quo tẽpore Seth filium genuerit ætatis ſuæ iuxta. 70. et Ver. Hebr.*

*Aeditiones aliorũ poſt. 70. Interpr.*

*Aquila Iudæus interpres.*

gis interpres: viuens adhuc (teſtante Platina) Sixti primi temporibus. Secūdus fuit Theodotion genere Aſianus, qui multa, vt idem ſcribit Platina, in vita Soteris Pontif. quuius tempore floruit, ad laudē religionis noſtræ tum ſcripſit. Tertius Symmachus, quem ſunt qui credant vixiſſe, Zepherino Eccleſiam Dei regente, Hos tamen Hieronymus Iudaizātes ac hæreticos, qui multa myſteria Saluatoris ſubdola interpretatione celarunt, adpellat. Fuit & alia quæ dicebatur Quinta æditio. Quuius auctor iam olim Auguſtini temporib. non agnoſcebatur, Ignoro equidē an ea ſit quæ Græce λουκίανος dicebatur. Quam. D. Hieronymus ad Sunniam & Fretelam ſcribens, Incorruptam & immaculatam eſſe fatetur. His quoque ſe ingeßit (ait Auguſtinus) noſtris temporib. Præſbyter Hieronymus homo doctißimus, & omnium trium linguarum peritus, qui non ex Græco Sed ex Hebræo in latinum eloquium eaſdem ſacras Script. conuertit. In his tamen quantum ipſemet Hieronymus pro veritate hebenda, quæ in Hebraicis codicib. inuiolata eo tempore inueniebatur, deſſudauerit, omnibus ſatis eſſe manifeſtum puto. Vnde Damaſus Pappa primus omnium ipſius Scriptis auctoritatem dedit: Quum prius. 70. Interpr. ſcripta tamtummodo in precio eſſent. Nam & Biblia Hieronymi legi cœpta eſt, & Pſalmi euiſdem fideliter ex Hebraico traducti, quum anteà apud Gallos potißimum incompoſitè legerentur. Hi itaque omnes Sacrarum Script. Interpretes extiterunt. Extiterunt & alij poſt Chriſti natalem in Rem Pub. Chriſtianam benè animati, qui de Chriſto eiuſque doctrinæ Sectatoribus mira ſcripſerunt. Quod ſapientißimi Philonis opera, ac Ioſephi filij Matathiæ pulchrè teſtantur: vt Rabi-

Theodotiō ſecūdus ab Aquila. interpres. Symmachus. 3. Interpres.

Auguſti. 18. de Ciu. Dei. c. 43.

Philo. Ioſephus.

nos Sab

*nos Sabbatarios alterius infideliſque claſsis inter Iudaizantes, taceā, qui coacti veritate (ea enim eſt eius vis) multa de Ieſu Saluatore noſtro ſuis in operibus ſcripta reliquerunt. Ante Chriſtum natum (quod pene oblitus præterieram) ann. 42 ferē, quidam Ionathas Vzielis filius, Hilleliſq; auditor, ac Simeōnis iuſti, qui Chriſtum infantulum ſuſcepit in vlnis, condiſcipulus, totum vetus teſtamentum in Chaldæam vertit linguam, ac expoſui, ita ſenſum è ſenſu traducens, & ita obſcuriſsima quæque exponēs vocabula, vt quæcunque de Meſsia dubia & latenter ſcripta erant, certa atque clariſsima reddiderit, adeò vt eius ædito non tam interpretatio, quàm Gloſſa ſiue expoſitio videatur, quam Hebræi Targum, id eſt, tranſlationem nuncupant. Quuius quanta ſit auctoritas Galatinus ille vnde hæc deprompſimus refert. Vnde & de eodem Ionatha Rabini ſcribunt, quòd in hora in qua eidem æditioni & expoſitioni vacabat, ſi muſca aut quoduis volatile ſuper eum, vel ſupra chartam volaſſet, ilicò abſque vlla eius aut chartæ lætione, cælitus exurebatur. Quare his poſitis, ad. 70. Intepr. antiquam cæteriſque alijs priorem æditionem redeo. Quam. D. Auguſtinus ait Eccleſiam ſemper recepiſſe. Verumenimuero hæc poſt Chriſtum natum, alicubi corrumpi cæpit. Sed vbi primum, non facile inuenies. Niſi quòd Auguſtinus, inquit, nec malicie Iudæorum, nec diligentiæ, vel prudentiæ. 70. Interpr. Sed Scritoris hoc tribuatur errori, qui de Bibliotheca Ptolemæi Regis codicē primū adcepit deſcribendū, & ex huius iā obcaſione adcidit, tanta inter. 70. Interpr. & Hebræorū codices diuerſitas annorū ab Adamo vſq; ad Dil. Hæc Auguſt. Hieronymus autē*

Ionathas. Symeō iuſtus.

Quid Targum apup Hebr. Lib. 1. c. 3.

XCo.

ad Summā & Fretelam, ſcribit aliam eſſe æditionem, quam Origenes, & Euſebius Cæſarienſ. omneſq́; Graciæ Traductores κοινη, id eſt, communem adpellant, atq; vulgatam: Aliam verò. 70. Interpr. quam magnoperè Hieronymus commēdat. Hanc ſe in Latinum ſermonem fideliter traduxiſſe fatetur. Illa verò, hoc eſt, vulgata ſiue communis æditio ipſa eſt quæ in 70. Sed hoc intereſt inter vtramq; quod vulgata pro locis & Temporib. & pro voluntate Scriptorum vetus corrupta eſt æditio: Ea autem quæ habetur in Luciano & quam nos vertimus, ipſa eſt quæ in Eruditorum lib. incorrnpta & immaculata. 70. Interpr. tranſlatio reſeruatur. Vnde concludit Hieronymus, quidquid ab his diſcrepat, nulli dubium eſt quin ita ab Hebræorum auctoritate diſcordet. Ecce ergo quænam ſit fueritue corrupta & incorrupta æditio. Quamq́; defendere ſiue adcuſare tranſlationem poteris. Quā in precio habere, & in multis contra ſi res poſtulabit, paruipendere. Illam ſcilicet quæ non ſemel in locis atque in aliȷs, pluries tamen in annorum ſupputa tione, à vera & genuina diſſonat. Illam, inquam quam mendax ſemper Gratia adulterinam fecit. Quam nec eruditi Græ corum, vt colligo ex Hieronymo, ſunt ſequuti, nec etiam Orien tis Eccleſiæ vnquam admiſere. Aliam contra ipſorum. 70. nō vulgatam, non communem, non triuialem, per quadringentos ann. ſemper venerantes, vſque amplectentes, gremioq́; piè ſan ctèque fouentes, incorruptam & immaculatam cognouerunt. Quod verò temporis iniuria, Patriarcharum in Prima & Se cunda Aetat. contigerit, ea annorum diſcordia, à veritate He braica, (alia namq; quæ non inueniuntur in. 70. illa vera expoſitione, inuenta tamen in Ver. Hebr. & cōtra, nihil eſt quod

Diſcrimen inter hanc & illam 70. Interpre. æditionem.

*prorſus curem, præſertim ad id ſupra ſatis faciente Auguſtino) defficiet me ſane dies penè infinita proferentem loca quæ id probant. Imprimis Hieronymus quid aliud clamat toties repetendo, ad Sunniam & Fretelam ſcribens, quam oſtendere, errore ac negligentia ſcribentium id factum fuiſſe. Simile ad Paulam & Euſtochium facit, conquerens Scriptorum vitio deprauatum Pſalterium pluſquam antiquum errorem (quod ſemel iã emẽdarat) valere. Hoc ipſum in Prologo. & in Proœm. ſupra Paralip. declarat. Supra Ezech. etiam nonnulla, per multa ſæcula non ſolum errore Scriptorum, ſed etiam Lectorum deprauata in 70. eſſe inſinuat. Idem ferè D. Hilarius ait* in Pſal. 2. *Ex eo fit vt qui poſteà tranſtulerunt, diuerſis modis interpretantes, magnum gentibus attulerint errorem, dum obculte illius à Moyſe profectæ traditionis ignari, ea quæ ambiguè lingua Hebræa commemorata ſunt incertis ipſi indicijs ediderunt. hæc Hilar. vbi & Scriptorum errorem atque ignauiam detegit, & legis arcanum quod ſupra Moyſi, indeq́; LXX. Sapientib. datum, multum prodeſſe & intelligendis & interpretandis ſacris Script. plane inſinuat. Omitto ergo, ſciens, quàm plurima loca non tantum Hieronymi, ſed aliorum ſacrorum Doctorum, quæ ad id probandum ſpectant. Suprà enim iam Auguſtinum in eadem fuiſſe ſententia oſtendimus. Id ipſum & in alijs exigeremus ſi nobis tempus ſuppeditaſſet. Saltem iam ex his paucis patere poterit, non fore ſtandum tali æditioni 70. Interpr. quam vulgarem & communem adpellamus. Multò minus ijs Doctorib. quales quales ipſi fuerint, Corruptæ huiuſmodi Tranſlationi innitentibus, adhærendum eſt. Quamuis enim in Adami ætate non diſcentiat à Ver. Hebr. quum dicat ip-*

*ſum genuiſſe Seth.230.ann.ætatis ſuæ attingētem, quos tantum 130. fuiſſe Ver. Hebr. fatetur, & poſteà. 700. vixiſſe Adamum ponat 70. expoſitio Interpr. Veritas vero Hebraica. 800. nihilominus hanc meram eſſe diſcordiam putamus. Neque ab inſpirante ſpiritu ſanct. profectam ſatis credimus. Imo id ipſum quod nunc retinet Veritas Hebr. de ſacrarum Script. annis, cui ſumma reuerentia, ſumma fides, ſummaque auctoritas debetur, olim per ipſos Sapientes, ſpiritu ſanct. plenos (vt vtar verbis Hieronymi) traductam, habuiſſe profitemur. Hæc ſunt candide lector, quæ ſummatim, tanquā canis per Nilum, vt dici ſolet tibi breuitate quà potuimus, hinc & inde vrgente Typographo, compoſuimus. Quæ ſi non placēt, memineris inter paucos dies, & concepta & nata ea ipſa præcipitari.*

## QVO DIE, ET QVO MENSE terrarum illa maxima inundatio contigerit. Et quandiu durarit.

*MVNDI totius inundatio, quam ſacræ literæ adpellant Cataclyſmon ſeu Diluuium, contigit ſeptimo decimo die Octobris. Sic enim interpretor, illud Geneſeos, Anno ſexcenteſimo vitæ Nôe Menſe ſecundo, ſeptimo die menſis, hoc eſt Octobris, ſequutus Hebræorum ſecuriorem ſententiam.* Gen. c. 7. καὶ ἐγένετο ὁ κατακλυσμὸς &c.

*Compleuitq́ ea mundi tempeſtas annum. Quo namq́ die Nôe ingreſſus eſt Arcam, eo ipſo, peracto anno, ab ea egreditur. Quod ex eo maximè conſtare poteſt, quoniam (vt diximus) Hebræi menſeis ſuos conſtituunt per lunationes: Quæ ſi ſunt duodecim cum vndecim diebus, annum perficiunt. Vnde ſi præſenti diei, addas dies vndecim, qualis Luna nunc eſt hodie, talis erit poſt annum ipſo die. Nôe ergo ingreſſus eſt ſeptima decima Luna qui ſeptimus decimus dies menſis ſecundi, id eſt, Octobris fuit. Ideo poſt annum additis vndecim diebus, fuit viceſimus ſeptimus dies: & viceſima ſeptima Luna eiuſdem ſecundi menſis, in quo ab Arca egreditur. Gen. 7. & . 8. c.*

*Ann. à Diluuio.*

# SACRA CHRONOLOGIA.

*Primus annus poſt inundationem Terrarum incipit à 27. die menſis Octobris. Gen. 8.*

## Nôe primus hominum parens, qui poſt Dil. vixerunt.

1 PRIMO hoc anno à Dil. Deus Nôe adparet: Eum bono animo cum filijs, filiorumq; vxoribus eſſe iubens, Egredere, inquit, de arca tua, tu, & vxor tua, filijq; tui, & vxores filiorum tuorum tecum. Cunctaque animantia &c. Egreſſus Nôe ædificauit altare Domino, & de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare. Benedixitq, Deus Nôe, & filijs eius, dicens creſcite, & multiplicamini ſuper Terram. Pepigitque foedus cum eis vſque ad poſteros in omne tempus: Terras non amplius aquis iugibus perituras. Atque vt hoc pro indubitato inter Homines haberetur, Iris ſemper illis manſura datur, Gen. c. 8. & 9.

## PATRIARCHARVM PRIMVS

*Sem Vnus ex tribus filijs Nôe.*

2 SEcundo anno. Sem à quo Patriarcharum, ſeries poſt Nôe patrem exorta eſt, quum iam centeſimum ageret annum, genuit Arphaxad. vixitq; poſtea quingentis ann. Gen. 11. De hoc Tôſtatus in Matt. ita opinatur, Fuit, inquit Sẽ qui iuſtus & Sacerdos Dei altiſsimi dictus eſt, Gen. 14. c. ipſe nãq; eſt qui Melchiſedech Rex Salem dicitur. hæc Tonſt. Quam olim opinionem vt, vult Lyranus, multi Hebræorum habuêre. Vnde & alij ex noſtris etiam Salèm vrbem fuiſſe Hieroſolymitanã, quam ipſemet primò condidit (è quorum numero Iſidorus eſt) concedunt. Alij tamen alium fuiſſe Melchiſedech conſiderant. Illum ſcilicet qui patre, Matre, omniqúe geneologia caruit. Quod

*Tonſtatus in Matth. c. 20. q. 6. Lyranus in Ep. ad Hebr. c. 3. Iſidorus libr. 15. Ehym.*

ex Paulo ad Hebr. recte conligunt. De quo. D. Auguſtinus *Paul. 7.c.*
id ad hanc rem ſolum tangit. Melchiledech, inquit, quuius *ad Hebr.*
tanta fuit excellentia, vt à nõnullis dubitetur vtrũ homo an *Aug. libr.*
angelus fuerit. *q q. ſup.*
*Gen. q. 72.*

3 HOc ferè tempore Nôe vir agricula coepit excercere
4 Terram & plantauit primus primam vineam. Qui
5 bibens vinum inebriatur, nudatúſque iacuit in tabernaculo
6 ſuo. Inluditúrque ab vno ex tribus filijs nomine Cham, qui
7 ob tantum commiſſum ſcelus, tãdem à Patre euigilãte, ma-
8 ledictione punitur. Gen. c. 9. Vide quæſo ô homo, vide, in-
9 quam, Chriſtiane, quid hic Nôe agricula, quid mirus plan
10 tator, quid ſibi hæc velit vinea? Quid abſtemius diuinuſq; *Auguſt.*
11 ebrius, quid nudus ſuo in tabernaculo iacẽſquaſi ad vmbram *libr. 16. de*
12 nobis præſignificet? Chriſtus plãtauit vineã (Sãctus ait Augu *Ciui. Dei*
13 ſtinus) de qua dicit Propheta Vinea Domini Sabaoth, do- *cap. 2.*
14 mus Iſrael eſt, & bibit de vino eius, hoc eſt, carnem ex gene
15 re Iſraelitarum, & ſanguinem vt pati poſſet, pro nobis ad
16 ſumens: & enebriatur, id eſt, quum paſſus eſt, & ſuo in le-
17 cto illo Sacroſanctæ Crucis nudatus eius adparens infirmi
18 tas, iacuit.
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36

37 ARphaxat quum.35.ann ætatis ſuæ haberet genuit Sala ,
38 & poſtea vixit ann.403.corruptè tamen aliquando(Scio
39 librariorum errore) legitur poſtquam genuit Sala, vixiſſe.
40
41 303.ann. Ab hoc tamen Arphaxat Chaldæos duxiſſe Origi-
42 nem,ſcribit Hieronymus.
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67 SAle ſiue Sala trigeſimum habens ann. genuit Heber & *Tonſtatus*
68 vixit poſtea ann. 403. Ab hoc Hebræorum genus aliqui *vbi ſup.*
69 ortum putãt,vt vtar verbis Tonſtati.Clarius atq; latius D.
70 Aug.hac de re ſcribens.ait, Ex illo,hoc eſt,Heber Hebræos
71 eſſe Cognominatos,tanquã Heberæos,quum alia poſsit eſſe
72 opinio,vt ex Abraam tanquam Abraæi dicti eſſe videan-
73 tur.Sed nimirum hoc verum eſt quod ex Heber Heberæi
74 adpellati ſunt,atq; deinde vna detracta litera,Hebræi, quã *Aug. lib.*
75 linguam ſolus Iſrael populus potuit obtinere. Hæc Auguſt. *16. de Ciu.*
76
77 *Dei.c.3.*

78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101 HEBER quum trigeſimum quartum com-
102 pleſſet ann. genuit Phalec, ann. deinde vi-
103 uens. 430. Quo tempore natus eſt Phalec,
104 Turrim Superbiæ ædificatam colligimus:
105 atque eius opus impeditum, quum Do-
106
107 minus linguas ſtultorum hominum tan-
108 tam molem ædificantium, in varia diuerſaque idiomata id
109 eſt in ſeptuaginta duas linguas, auctore. D. Ambroſio, muta-
110 uit. Qua ex re diuiſio inter eos prima, per omnes Mundi par *Ambroſ. libr. 2. De vocatione Gen. c. 4.*
111 tes, ſubſequuta eſt. Et ex inde poſtea Ciuitates, Regna, Im-
112 peria, in alijs modò ſuadente magna viuendi ratione ac vti-
113 litate, modo in alijs flagranti inuidia & dominandi cupidi-
114 tate, ſuboriri potuerunt. Gene. 11.
115
116
117 POTVIT Heber filio ſuo Phalec iuſta
118 de re tale nomen imponere; vt ita voca-
119

120 retur Phalec,qđ interpretatur diuiſio: quia tunc ei natus eſt,
121 quando per linguas terra diuiſa eſt.Manſit tamen illa com-
122 munis & prima lingua, qua ante confuſionem vnius labij,
123 vtebantur Homines: & quia in Heber incorrupta manſit,
124 Hebræa iurè dicta eſt. Hac itaque ab Heber gradatim per
125 ſanctos illos Patres vſque ad Abraamum decurrit, atque
126 deinde per Iacob,aliosque Veteris Teſtam,qui ad Chriſtum
127 recta ſerie tendebāt,minimè vnquam,teſte Auguſt. deſtitit.
128 Valeat ergo Herodotus homo gētilis,neſciuſq; omnino ma-
129 gnorum myſteriorum Dei, qui linguam aliam primam ab
130 hac ſomniare videtur.Scribit namque Pſameticum Aegypti
Regem duos educari iuſsiſſe pueros in ſyluis, vbi nullam au
dirent vocem humanam,vt quam linguā ſuapte ſponte ſine
doctore loquerentur, eam ſciret primam fuiſſe generis hu
mani. Poſt tres annos ante ipſum productos, Bec,aliquoties
dixiſſe: Quumq; lingua Phrygia, Bec, eſſet panis,eam pri-
morum hominum,& Phrygas primos fuiſſe homines iudi-
catum eſt. Sed hoc vanum merumq; eſſe mendacium nos
planè docet naturalis vera Philoſophia,non enim fas eſt na
tura eum loqui qui nullas vnquam auribus hauſit voces, Vn
de quid mirum ipſos ſi dixiſſe, Bec,conſtat,qui inter Capras
fuēre educati,nullaſq; præter illarum voces audierunt.

*lib.16. de Ciu. Dei c.11.*

*Herodt° Pſameticus Rex Aegyp.*

131 Phalech.30.ann.habebat.quando genuit Reu. vixit poſtea
ann,209.

# REGNVM ASSYRIORVM.

*Regnum Aſſyriorum dictum eſt ab Aſſur, qui filius fuit Sem,*

*NEnroth primus Aſſyriorum Rex, quem alio nomine Saturnum adpellabimus. Hic Gentem quā fecerit, non conſtat, vbi tamen regnauerit traditur Gen,cap.10. Quæ loca ſic explicat Hieron. Regnum eius Babylon, regnauit& in* Arach, hoc eſt, in Edeſſa,& in Achad, que nūc dicitur Ni*

*Nemroth 1. Aſſyr. Rexfuitq; Gigas.*

** Arach in Hebr.*

ſa, & in Achad, que nūc dicitur Niſibus, & in Calane, quæ poſtea verſo nomine à Seleuco Rege dicta eſt Seleucia, vel certè quæ nunc κτησιφῶν. Forſan harum Gentium eſt auctor, nō dubiū, quin propagator. De his Ciuitatibus latius idem Hieronymus, Tract. de locis Hebr. vide Ptolomæum lib. 5.

*lxx. ὀρὲχ i. Oreg. per g.*

SCribit Ioſephus Nemroth, qui filius fuit Cham, homines ellatos ac ſuperbos ad iniuriam & contemptum, Dei feciſſe. Qui quum cæteris audacior & manu fortiſſ. eſſet, ſuadebat populis nō Deo attribuere, ſi quid felicius eueniret. ſed humanis ſuiſque viribus, hoc modo tyrannidem primus inſtituit, Et ne quid Deus in eos iam poſſet, aquarum malum anteactum timentes, turrim aggreſſi ſunt extruere, vt ſi iterum Diluuium ingrueret, Deum iraſcentem effugerent, iamq; inconſtans illa multitudo grauius eſſe obedire Deo credebat quam mortali Tyranno: ideo libenter potius parebat Nemroth dictis. Turrim itaque in campo Senaar qui eſt in Chaldæa, altiſſimam illam quidem cæpit erigere, quam aquæ obcupare haud quaquam valerent. Huius tantæ ſuperbæq; ſtructuræ, vociſque humanæ ibi immutatæ meminit Sibylla, dicens: quum omnes homines vnius vocis eſſent, quidam turrim ædificauerunt excelſam, tanquam per eam aſcenſuri in cœlum * Dij verò immittentes ventos, euerterunt turrim, & vocem propriam vnicuique partiti ſunt. propterea & ciuitatem vocari contigit Babyloniam Hæc Sybilla. Quæ apud Ioſeph. lib. 1. Antiq. legas, tum apud Hierony. lib. de loc. Hebr.

*Ioſeph. lib. 1. Anti. cap. 9.*

*Sibyllæ vaticinium.*

** Angeli ſunt ſeu filij Dei, quos Deus ipſe, vel Platone auctore in Timæo creauit.*

NEmbroth Saturnum poſthac adpellabimus, in hoc megaſthenem ſeu vt alij volunt Methaſtanem Perſium, Beroſumque Chaldæum, atque alios prophanos Auctores è quibus hāc Regum Aſſiriorum ſeriem petiuimus, ſequuti,

*Per quos Deus ōnia ſuauiter diſponit vt*

ex Paulo cõligimus extremaq; tanquam per media teſtãte Dioniſio Areop. copulãtur.

| Ann. à dil. | PATRIARC. | ASSYR. REG. | HISP. REG. |
|---|---|---|---|
| 132 | | 1 | SATVRNVS primus Aſſyriorum Rex ann. 56. |
| 133 | | 2 | |
| 134 | | 3 | |
| 135 | | 4 | |
| 136 | | 5 | |
| 137 | | 6 | |
| 138 | | 7 | |
| 130 | | 8 | |
| 140 | | 9 | |
| 141 | | 10 | |
| 142 | | 11 | |

# REGNVM HISPANORVM.

Regnum Hiſpanorum, ſi famæ Scriptoribusq; credimus, ab Hiſpan ſiue Hiſpano Rege, de quo poſtea, dictũ eſt.

ANno duodecimo Saturni primi Regis Aſſyriorum, qui erat annus à Dil. 143. incœpit Hiſpanorũ Imperiũ. Quius fundamenta Tubal, ſeu Thobel, aut Iobel (variant enim Actorum codices) iecit, Hunc Prophani auctores frequenter Iapetum nominant. Nepotem verò Nôe fuiſſe, nos docet Geneſ. atque Ioſeph.

Geneſ. 10. Ioſeph. lib. 1. antiq. c. 11.

| Ann. à dil. | PATRIARC. | ASSYR. REG. | | HISP. REG. | |
|---|---|---|---|---|---|
| 143 | | 12 | | 1 | TVBAL primus Hiſpanorũ Rex ann. 155. |
| 144 | | 13 | | 2 | |
| 145 | | 14 | | 3 | |
| 146 | | 15 | | 4 | |
| 197 | | 16 | | 5 | |
| 148 | | 17 | | 6 | |
| 149 | | 18 | | 7 | |
| 150 | | 19 | | 8 | |
| 151 | | 20 | | 9 | |
| 152 | | 21 | | 10 | |
| 153 | | 22 | | 11 | |
| 154 | | 23 | | 12 | |
| 155 | | 24 | | 13 | |
| 156 | | 25 | | 14 | |

| Ann. à dil. | PATRIARC. | ASSYR.REG. | | HISp.REG. | |
|---|---|---|---|---|---|
| 157 | | 26 | | 15 | |
| 158 | | 27 | | 16 | |
| 159 | | 28 | | 57 | |
| 160 | | 29 | | 18 | |
| 161 | | 30 | | 19 | |
| 162 | | 11 | | 20 | |
| 163 | REV. 32. ann | 32 | | 21 | |
| 164 | gens annum: gi | 33 | | 22 | |
| 165 | nuit Saruch: & | 34 | | 23 | |
| 166 | poſtea vixit 270 | 35 | | 24 | |
| 167 | ann. | 36 | | 25 | |
| 168 | | 37 | | 26 | |
| 169 | | 38 | | 27 | |
| 170 | | 39 | | 28 | |
| 171 | | 40 | | 29 | |
| 172 | | 41 | | 30 | |
| 173 | | 42 | | 31 | |
| 174 | | 43 | | 32 | |
| 175 | | 44 | | 33 | |
| 176 | | 45 | | 34 | |
| 788 | | 40 | | 36 | |
| 789 | | 1 | ASCATEDES | 37 | |
| 790 | | 2 | XVIII. REX | 38 | |
| 791 | | 3 | ASSYR. an. 40. | 39 | |
| 692 | | 4 | | 40 | |
| 793 | | 5 | | 41 | |
| 704 | | 6 | | 42 | |
| 795. | | 7 | | 43 | |
| 796 | | 8 | | 44 | |

DEus adparet Moyſi octoginta ætatis annos habenti, Quum eo tempore ad montis, Dei Oreb radicem oues Ietri ſoceri ſui paſceret. Adloquutuſq; eſt Deus Moyſem in igni de medio rubi, indeq; ſignis ac portẽtis onuſtum ad Pharaonem in Aegyptum mittit. Exod.3.&.4.c.

NON hic eſt ille Pharao, ad quem mittitur Moyſes, qui olim Ioſeph, eiuſq; patrem Iacob cum omni familia benigne in regno ſuo adceperat. Imo Pharao apud Aegyptios regiæ dignatis nomen erat, vt inter tot claſsicos Auctores ſacer doctiſs.q; Auguſti. tradit. Ferè enim inter diuerſas Gẽtes diuerſis nominib. Reges adpellabantur. Sicut & Sapientes etiam apud Gallos Druides, apud Hebræos Prophetæ, vel Senedrim, vel Phariſæi, aut Cabaliſtæ, apud Indos Gymnoſophiſtæ, apud Aegyptios Sacerdotes, apud Perſas Magi, apud Græcos Philoſophi, apud Romanos Sapientes, Ita & illi qui Regio honore inſigniti erant, inter tam diuerſas nationes, diuerſa peculiariaque habebant nomina, vt apud Romanos Cæſares & Auguſti. apud Perſas, quos diximus Magos, omni cæleſti & terrenarum rerum ſcientia edoctos ac imbutos, quales Chriſtum Infantẽ ſeruatorem noſtrum teſtante. D. Matthæo adorare venerunt. Sed hi poſtea Artaxerſes adpellati ſunt. Apud Indos Præſtan, & eſt qui nunc (vt comitis Mirandulani verbis vtar) corrupto nomine vulgo vbique gentium Præſbyter Ioann. dicitur, apud Aſsyrios Tigranes, & vt ex ſacris patet, alijs nominibus dicti. Antiquitus apud Philiſtæos Abimelech, vt refert Hieronymus in Ezech. Apud Aegyptios verò primum Pharaones regnarunt (quamuis, malè tamen, Herodotus vnicum Pharaonem ponat coecum) ita nuncupati â Pharo inſula contra Alexandriam ſita, quondam Carpathos dicta, & in qua Protheus homo verſipellis Oceani & Tethyos filius regnauit. Reges igitur Aegyptiorum quum antea hoc nomine dicerentur, nõ omnino deficiente cauſſa, iure in poſterum longo poſt tempora Ptolemæi vbique dicti ſunt. Nam Ptolemæus Lagus gregarij militis filius, vt ſcribit Alexander ab Alexandro, qui Aegyptum armis ſibi vendicarat, poſt res cum Antigono compoſitas, Aegypti regnum quandiu vixit, moribus &

*Matth. c. 2.*

*Ioan. Pic. Com. Mi. in Apol.*

*Hierony. in Ezech.*

*Herodotus.*

*Vnde Reg. Pharaones dicti.*

*Reges Aegyptij qui anteà Pharaões, quo*

diſciplinis mirificè inſtruxit ornauitq;. Is igitur iam grandis natu, morbo abſumptus eſt, magno de ſe, vt de tam bene merito principe, deſiderio relicto, quuius memoriam Alexandrini tanta charitate proſequuti fuêre, vt * Philadelpho qui poſt eum regnauit, & reliquis Aegypti regibus ab illius nomine, Ptolemæi cognomenta indiderunt.

*Is eſt ille Philadelphus qui opera .70. Interpr. vſus eſt in transferēdis ſcript. ex Hebr. in Græcū ſermonē.*

INrogantur decem memorabiles plagæ per Moyſem Aegyptijs quum Dei populum dimittere renuerēt. Quas ita D. Auguſtinus ordine numerat, Aqua in ſanguinem verſa, Ranæ, & Cyniſes, Cynomia, mors pecorum, vlcera, grando, locuſta, tenebræ, mors Primogenitorum. Quis fuerit hic Pharao cui tot hæc inferebantur, non ſatis inter Scriptores conſtat antiquos. Quippè Ioſephus Manethonē varium eſſe oſtendit, vt qui modo Techmoſim modo Amenophin Pharaonem ponat. Neque enim quod refert Euſebius ex Appione Polyhiſtore verum eſſe poteſt, Amaſim ſcilicet imperaſſe in Aegypto, quum illinc populus Iſraeliticus aufugit. Amaſis nāque multò poſterior fuit, hoc eſt, tēpore quo floruit Pythagoras ſi Laertio credimus. Vnde verius fortan quod idem Euſebius in Chronicis ait Pharaonem Cenchrē eo tempore regnaſſe. Qui & lib. de Præpa. Euangel. Magorum etiam nomina Iannem & Iambrē ex Numenio ponit.

*Laertius lib. 8.*

*Euſebius in Chron.*

POſtquam Moyſes tot illa admirāda ſigna exibuit coram Pharaone, quibus neque mentis tanta durities neque intellectus obcæcatio ceſſit, Aegypto expoliato, cum omni Iudæorum Repub. ſeruitutem illam à tot annis odioſam, improbamque Dei auxilio euaſit. Quem quum inſequeretur Pharao diuinitus ſimul cum ſuis in medio aquarū ſubmerſus perijt. Filij autem Iſrael vltra quaſi expoſiti, ſicco pede omne quod exhorreſcebant periculum, euaſere. Erant enim eis aquæ veluti pro murò à dextris & ſiniſtris.

VEntum eſt tandem, iam menſe tertio ab egreſſione Iſrael de Aegypto, in ſolitudinem Sinai, Caſtrametatique ſunt Hebræi è regione montis. Moyſes verò in ipſum aſcendens ad Dominum, ibi legem adcepit, populoque ſeruandam tradidit.

# DVCATVS HEBRAEORVM.

ANNO quo data eſt lex per Moyſem, primus ann. eius Ducatus incœpit in Iſrael. Tempus ergo Partiacharum eos cõplectitur annos quos hucuſq; à ſecundo anno Dil. numerauimus. A Sem nanque Prophetarum ſeriem exorſi, ad hunc vſque annum eorumdem tempora deduximus.

| | DVCATVS HEBR. | | ASSYR. REG. | | HISPAN. REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 797 | 1 | MOYSES PRI | 9 | | 1 | LVSVS. |
| 798 | 2 | MVS HEBRAE | 10 | | 2 | XVII. REX |
| 799 | 3 | orum Dux. ann. | 11 | | 3 | Hiſpan. 33. |
| 800 | 4 | 40. | 12 | | 4 | Sunt qui credãt |
| 801 | 5 | | 13 | | 5 | hunc Regem no- |
| 802 | 6 | | 14. | | 6 | men dediſſe Lu- |
| 803 | 7 | | 15 | | 7 | ſitanæ. Qua de |
| 804 | 8 | | 16 | | 8 | re ſuo loco dixi- |
| 805 | 9 | | 17 | | 9 | mus. |
| 806 | 10 | | 18 | | 10 | |
| 807 | 11 | | 19 | | 11 | |
| 808 | 12 | | 20 | | 12 | |
| 809 | 13 | | 21 | | 13 | |
| 810 | 14 | | 22 | | 14 | |
| 811 | 15 | | 23 | | 15 | |
| 812 | 16 | | 24 | | 16 | |
| 813 | 17 | | 25 | | 17 | |
| 814 | 18 | | 26 | | 18 | |
| 815 | 19 | | 27 | | 19 | |
| 816 | 20 | | 28 | | 20 | |
| 817 | 21 | | 29 | | 21 | |
| 818 | 22 | | 30 | | 22 | |
| 819 | 23 | | 31 | | 23 | |
| 820 | 24 | | 32 | | 24 | |
| 821 | 25 | | 33 | | 25 | |
| 822 | 26 | | 34 | | 26 | |

| Ann. mũdi. | DVC.HEBR. | | ASSYR.REG. | | HISP.REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 823 | 27 | | 35 | | 27 | |
| 824 | 28 | | 36 | | 28 | |
| 825 | 29 | | 37 | | 29 | |
| 826 | 30 | | 38 | | 30 | |
| 827 | 31 | | 39 | | 31 | |
| 828 | 32 | | 40 | | 32 | |
| 829 | 33 | | 1 | AMYNTES | 33 | |
| 830 | 34 | | 2 | XIX. REX AS | 1 | *SICV Lu:* |
| 831 | 35 | | 3 | SYR. ann. 45. | 2 | *xviij. Rex* |
| 832 | 36 | | 4 | | 3 | *Hiſp. ann.* |
| 833 | 37 | | 5 | | 4 | 60. |
| 834 | 38 | | 6 | | 5 | |
| 835 | 39 | | 7 | | 6 | |
| 836 | 40 | | 8 | | 7 | |

MOYSES moritur in monte Nebo Terra Moab, *Se*pelíuitq́; eum Dominus in valle Terra Moab cõtra Phagor. Et non cognouit homo ſepulcrum eius ad hunc vſque diem Deut. vltimo cap.

| | DVCATVS HEBR. | | ASSYR.REG. | | HISPAN.REG | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 837 | 1 | IOSVE. ſſ. Hebr. | 9 | | 8 | |
| 838 | 2 | dux ann. 26. | 10 | | 9 | |
| 839 | 3 | Quos ex tradi- | 11 | | 10 | |
| 840 | 4 | tione Hebræorũ | 12 | | 11 | |
| 841 | 5 | ponimus, nihil | 13 | | 12 | |
| 842 | 6 | enĩ Sacra ſcript. | 14 | | 13 | |
| 843 | 7 | de his ann. me | 15 | | 14 | |
| 844 | 8 | minit. | 16 | | 15 | |
| 845 | 9 | EX interpretatio | 17 | | 16 | |
| 846 | 10 | nibus Hebraicis | 18 | | 17 | |
| 847 | 11 | idem videtur eſſe | 19 | | 18 | |
| 848 | 12 | Ieſus & Ioſue: V | 20 | | 19 | |
| 849 | 13 | trunq; enim à ſa | 21 | | 20 | |
| 850 | 14 | lute dicitur. Vn | 22 | | 21 | |
| 851 | 15 | de & nomine & | 23 | | 22 | |
| 852 | 16 | rebus quas geſ | 24 | | 23 | |
| 853 | 17 | ſit, typus chriſti | 25 | | 24 | |
| 854 | 18 | Ieſu vere ſaluato | 26 | | 25 | |

| Ann. à dil. | DVC. HEBR. | | ASSYR. REG. | | HISP. REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 855 | 19 | ris noſtri fuit. Et | 27 | | 26 | |
| 856 | 20 | in Eſdra Ieſus fi | 28 | | 27 | |
| 857 | 21 | lius Ioſedech Io | 29 | | 28 | |
| 858 | 22 | ſue dicit. Altiori | 30 | | 29 | |
| 859 | 23 | in nomine filius | 31 | | 30 | |
| 860 | 24 | Dei dici9 eſt atq; | 32 | | 31 | |
| 861 | 25 | ſol9, de q̃ nõ va- | 33 | | 32 | |
| 862 | 26 | car nũc diſputare | 34 | | 33 | |

IOSVE moritur, quum cẽtum & decem annorum eſſet Ioſ. vltimo & 2. Iudic. Ceſſat Hebreorum ducatus octo ann. in quibus ſeruierũt alienigenis, derelinquẽtes viam domini. Sed per pœnitentiam clamantes ad Dominum, ſuſcitauit eis Othoniel qui eos liberaret

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 863 | 1 | OTHONIEL | 35 | | 34 | |
| 864 | 2 | III. Hebræorum | 36 | | 35 | |
| 865 | 3 | dux ãn. 40. præ | 37 | | 36 | |
| 866 | 4 | dicti tamẽ octo | 38 | | 37 | |
| 867 | 5 | anni captiuitatis | 39 | | 38 | |
| 868 | 6 | Iudæorũ in his | 40 | | 39 | |
| 869 | 7 | 40. annis inclu- | 41 | | 40 | |
| 870 | 8 | dũtur, iuxta He- | 42 | | 41 | |
| 871 | 9 | bræorum tradi | 43 | | 42 | |
| 872 | 10 | tionem, teſte Eu | 44 | | 43 | |
| 873 | 11 | ſebio. | 45 | | 44 | |
| 874 | 12 | Quo tempore | 1 | BELOCH- | 45 | |
| 875 | 13 | Othoniel præfu | 2 | VS Iunior | 46 | |
| 876 | 14 | it populo Iſraeli | 3 | 20. Rex Aſ | 47 | |
| 877 | 15 | co, Cadmus The | 4 | ſyriorũ. 25. | 48 | |
| 878 | 16 | barum rex Græ- | 5 | | 49 | |
| 879 | 17 | cas literas prim9 | 6 | | 50 | |
| 880 | 18 | ſuis dedit. | 7 | | 51 | |
| 881 | 19 | | 8 | | 52 | |
| 882 | 20 | | 9 | | 53 | |
| 883 | 21 | | 10 | | 54 | |
| 884 | 22 | | 11 | | 55 | |
| 885 | 23 | | 12 | | 56 | |
| 886 | 24 | | 13 | | 57 | |
| 887 | 25 | | 14 | | 58 | |
| 888 | 26 | | 15 | | 59 | |

| Ann. à dil. | DVC.HEBR. | | ASSYR.REG. | | HISP.REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 889 | 27 | | 16 | | 60 | |
| 890 | 28 | | 17 | | 1 | TESTA |
| 891 | 29 | | 18 | | 2 | XIX. |
| 892 | 30 | | 19 | | 3 | |
| 893 | 31 | | 20 | | 4 | Hiſp.Rex |
| 894 | 32 | | 21 | | 5 | ann.74. |
| 895 | 33 | | 22 | | 6 | |
| 896 | 34 | | 23 | | 7 | |
| 897 | 35 | | 24 | | 8 | |
| 898 | 36 | | 25 | | 9 | |
| 899 | 37 | | 1 | BELLEPARES. | 10 | |
| 900 | 38 | | 2 | XXI. REX AS- | 11 | |
| 901 | 39 | | 3 | SYR. Rex ann. | 12 | |
| 902 | 40 | OTHONIEL | 4 | 30. | 13 | |
| | moritur. Præuaricati ſunt filij Iſrael poſt eius mortem, & ſeruierant Egion Regi Moab .18. ann. Et poſtea clamauerunt ad Dominum qui ſuſcitauit eis. Aioth. Iud.3. | | | | | |
| 903 | 1 | AIOTH.IIII. | 5 | | 14 | |
| 904 | 2 | Hebræorũ dux. | 6 | | 15 | |
| 905 | 3 | ann.80. | 7 | | 16 | |
| 906 | 4 | | 8 | | 17 | |
| 907 | 5 | | 9 | | 18 | |
| 908 | 6 | | 10 | | 19 | |
| 909 | 7 | | 11 | | 20 | |
| 910 | 8 | | 12 | | 21 | |
| 911 | 9 | | 13 | | 22 | |
| 912 | 10 | | 14 | | 23 | |
| 913 | 11 | | 15 | | 24 | |
| 914 | 12 | | 16 | | 25 | |
| 915 | 13 | | 17 | | 26 | |
| 916 | 14 | | 18 | | 27 | |
| 917 | 15 | | 19 | | 28 | |
| 918 | 16 | | 20 | | 29 | |
| 919 | 17 | | 21 | | 30 | |
| 920 | 18 | | 22 | | 31 | |
| 921 | 19 | | 23 | | 32 | |
| 922 | 20 | | 24 | | 33 | |
| 923 | 21 | | 25 | | 34 | |
| 924 | 22 | | 26 | | 35 | |
| 925 | 23 | | 27 | | 36 | |

| Ann. i dil. | DVC.HEBR. | | ASSYR.REG. | | HISP.REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 926 | 24 | | 28 | | 37 | |
| 927 | 25 | | 29 | | 38 | |
| 928 | 26 | | 30 | | 39 | |
| 939 | 27 | | 1 | LAMPRIDES | 40 | |
| 930 | 28 | | 2 | XXII. Rex AS | 41 | |
| 931 | 29 | | 3 | SYR.ann.32. | 42 | |
| 922 | 30 | | 4 | | 43 | |
| 933 | 31 | | 5 | | 44 | |
| 934 | 32 | | 6 | | 45 | |
| 935 | 33 | | 7 | | 46 | |
| 937 | 34 | | 8 | | 47 | |
| 638 | 35 | | 9 | | 48 | |
| 939 | 36 | | 10 | | 49 | |
| 940 | 37 | | 11 | | 50 | |
| 941 | 38 | | 12 | | 51 | |
| 042 | 39 | | 13 | | 52 | |
| 943 | 40 | | 14 | | 53 | |
| 944 | 41 | | 15 | | 54 | |
| 945 | 42 | | 16 | | 55 | |
| 946 | 43 | | 17 | | 56 | |
| 947 | 44 | | 18 | | 57 | |
| 948 | 45 | | 19 | | 58 | |
| 949 | 46 | | 20 | | 59 | |
| 950 | 47 | | 21 | | 60 | |
| 950 | 48 | | 22 | | 61 | |
| 951 | 49 | | 23 | | 62 | |
| 982 | 50 | | 24 | | 63 | |
| 953 | 51 | | 25 | | 64 | |
| 954 | 52 | | 26 | | 65 | |
| 955 | 53 | | 26 | | 66 | |
| 956 | 54 | | 27 | | 67 | |
| 957 | 55 | | 28 | | 68 | |
| 958 | 56 | | 29 | | 69 | |
| 956 | 57 | | 30 | | 70 | |
| 960 | 58 | | 31 | | 71 | |
| 961 | 59 | | 32 | | 72 | |
| 962 | 60 | | 1 | SOSARES.XIX. | 73 | |
| 963 | 61 | | 2 | III.REX ASSyr. | 74 | |
| 964 | 62 | | 3 | ann.20. | 1 | ROMus .XX. |

| Ann. à dil. | DVC.HEBR. | | ASSYR.REG. | | HISP.REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 965 | 63 | | 5 | | 2 | *Hiſpan. REX* |
| 966 | 64 | | 6 | | 3 | *ann. .33.* |
| 967 | 65 | | 7 | | 4 | |
| 968 | 66 | | 8 | | 5 | *Huic Regi Va-* |
| 969 | 67 | | 9 | | 6 | *lētini Vrbis ſuæ* |
| 970 | 68 | | 10 | | 7 | *primordia ferūt* |
| 971 | 69 | | 11 | | 8 | *adcepta. Quæ* |
| 972 | 70 | | 12 | | 9 | |
| 973 | 71 | | 13 | | 10 | *quū Roma ab eo* |
| 974 | 72 | | 14 | | 11 | *dicta ſit, poſtea vſ* |
| 975 | 73 | | 15 | | 12 | *que ad hūc diem* |
| 976 | 74 | | 16 | | 13 | *Valentia nūcupa* |
| 977 | 75 | | 17 | | 14 | |
| 978 | 76 | | 18 | | 15 | *tur. Qua de re* |
| 979 | 77 | | 19 | | 16 | *latius alibi dixi* |
| 980 | 78 | | 20 | | 17 | *mus.* |
| 981 | 79 | | 1 | LAMPAres. 24. | 18 | |
| 982 | 80 | AIOTH | 2 | rex Aſſyr.an.30. | 19 | |

Moritur. Filij autem Iſrael præuaricati ſunt in conſpectu Domini poſt mortem Aioth: & tradidit illos Deus in manus Iabin Regis Chanaam. Et opreſſi ſunt filij Iſrael ab hoc Rege per 20. ann.

*Hactenus Hebræorū Duces. Sequūtur IVDICES à quibus Iudæorum Reſpub. per multos annos gubernata eſt. Ducum tempus anni 186.*

| Ann. dil. | IVD.HEBR. | | ASSYR.REG. | | HISP.REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 983 | 1 | DELBO- | 3 | | 20 | |
| 984 | 2 | RA & BA | 4 | | 21 | *Hoc tēpore Phœ* |
| 985 | 3 | RVCH iu | 5 | | 22 | *nices primum in* |
| 986 | 4 | dicant He | 6 | | 23 | *Hiſpaniā veniſſe* |
| 987 | 5 | bræorum: | 7 | | 24 | *traditur.* |
| 988 | 6 | ppſm. 40. | 8 | | 25 | |
| 989 | 7 | ann. Iud. | 9 | | 26 | |
| 990 | 8 | cap. 5. | 10 | | 27 | |
| 991 | 9 | | 11 | | 28. | |
| 992 | 10 | | 12 | | 29 | |
| 993 | 11 | | 13 | | 30 | |

NOtandus Antonius Nebriſſenſis tãquam ſibi cõtrarius. Quum enim Herculem qui in Hiſpania regnauit, Græcum Alcmenæ è Iouis adulterio, fuiſſe fateatur, fieri nõ potuit, vt his indicantibus in Hiſpaniam Hercules veneri. Quem nos iam ante tot annos ex alijs auctoribus apud priſcos Hiſpanos regnaſſe oſtendimus.

BACCHVS qui multis alijs nominibus à Poëtis adpellari ſolet, in Hiſpaniam venit, magnis comitatus copijs: non tam dominationis cupiditate, quàm vt parem gloriam reportaret ei, quam ex domita India conſequutus fuerat.

NEBRISSAM Iachus ipſe cognomento Liber Pater cõdit. Vrbem hodie alumno Antonio Nebriſſenſi nobiliſsimam.

HOC tempore à Luſo Liberi patris filio Luſitaniam dictã, & a Lyſa Lyſitaniam eius comite, ſatis ſuo loco diximus.

| Ann. idil. | IVD.HEBR. | | ASSYR.REG. | | HISP.REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 994 | 12 | | 14 | | 31 | |
| 995 | 13 | | 15 | | 32 | |
| 996 | 14 | | 16 | | 33 | |
| 997 | 15 | | 17 | | 1 | PALATOVS |
| 998 | 16 | | 18 | | 2 | XXI. REX |
| 999 | 17 | | 19 | | 3 | Hiſpan. ann. 70. |
| 1000 | 18 | | 20 | | 4 | |
| 1001 | 19 | | 21 | | 5 | |
| 1002 | 20 | | 22 | | 6 | |
| 1003 | 21 | | 23 | | 7 | |
| 1004 | 22 | | 24 | | 8 | |
| 1005 | 23 | | 25 | | 9 | Hoc tẽpore Palẽ |
| 1006 | 24 | | 26 | | 10 | tia à Palatoo cõ- |
| 1007 | 25 | | 27 | | 11 | ditur. |
| 1008 | 26 | | 28 | | 12 | |
| 1109 | 27 | | 29 | | 13 | |
| 1010 | 28 | | 30 | | 14 | |
| 1011 | 29 | | 1 | PAMBAS XXV. | 15 | |
| 1012 | 30 | | 2 | Rex ASSYR. | 16 | |
| 1013 | 31 | | 3 | Ann. 45. | 17 | |
| 1014 | 32 | | 4 | | 18 | |

| IVDICES | HEBR. | HEBR. | ASSYR.REG. | HISPAN.REG. | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1015 | 33 | | 5 | 19 | |
| 1016 | 34 | | 6 | 20 | |
| 1017 | 35 | | 7 | 21 | |
| 1018 | 36 | | 8 | 22 | |
| 1019 | 37 | | 9 | 23 | |
| 1020 | 38 | | 10 | 24 | |
| 1021 | 29 | | 11 | 25 | |
| 1022 | 40 | | 12 | 26 | |

Delbora ac Baruch mortuis, filij Iſrael prçuaricati ſunt in conſpectu Domini,qui tradidit illos in manus Madian ſeptem ann,& oppreſſi ſunt ab eis. Cæterum quum populus Iſrael clamaſſet ad Dominum contra Madianitas,tandem exaudiuit Deus,& Gedeon eis protulit.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1023 | 1 | GEDEON. II. | 13 | 27 | |
| 1024 | 2 | Hebreor, Iudex. | 14 | 28 | |
| 10 5 | 3 | ann. 40. | 15 | 29 | |
| 1026 | 4 | | 16 | 30 | |
| 1027 | 5 | | 17 | 31 | |
| 1028 | 6 | | 18 | 32 | |
| 1029 | 7 | | 19 | 33. | *Hoc tēpore, au-* |
| 1030 | 8 | | 20 | 34 | *ctore Ioſepho, Ty* |
| 1031 | 9 | | 21 | 35 | *rus vrbs inclyta* |
| 1032 | 10 | | 22 | 36 | |
| 1033 | 11 | | 23 | 37 | *condita eſt.* |
| 1034 | 12 | | 24 | 38 | |
| 1035 | 13 | | 25 | 39 | |
| 1036 | 14 | | 26 | 40 | |
| 1037 | 15 | | 27 | 41 | |
| 1038 | 16 | | 28 | 42 | |
| 1039 | 17 | | 29 | 43 | |
| 1040 | 18 | | 30 | 44 | |
| 1041 | 19 | | 31 | 45 | |
| 1042 | 20 | | 32 | 46 | |
| 1043 | 21 | | 33 | 47 | |
| 1044 | 22 | | 34 | 48 | |
| 1045 | 23 | | 35 | 49 | |
| 1046 | 24 | | 36 | 50 | |
| 1047 | 25 | | 37 | 51 | |
| 1048 | 26 | | 38 | 52 | |
| 1049 | 27 | | 39 | 53 | |

| Ann. à dil. | IVD.HEBR. | | ASSYR.REG. | | HISP.REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1050 | 28 | | 40 | | 54 | |
| 1051 | 29 | | 41 | | 55 | |
| 1052 | 30 | | 42 | | 56 | |
| 1053 | 31 | | 43 | | 57 | |
| 1054 | 32 | | 44 | | 58 | |
| 1055 | 33 | | 45 | | 59 | |
| 1056 | 34 | | 1 | SOSAR | 60 | |
| 1057 | 35 | | 2 | MVS.XX | 61 | |
| 1058 | 36 | | 3 | VI.Rex Aſ | 62 | |
| 1059 | 37 | | 4 | ſyr.ann.19. | 63 | |
| 1060 | 38 | | 5 | | 64 | |
| 1061 | 39 | | 6 | | 65 | |
| 1062 | 40 | GEDEON morit | 7 | | 66 | |
| | | in ſenectute bona,&ſepultus eſt in ſepulcro Ioâs patris ſui in Ephra de familia Ezri. Præuaricati ſunt filij Iſrael de more, mortuo Gedeone, atque fornicati ſunt in Baalim. Iud. cap.8. | | | | |
| 1063 | 1 | ABImelech. III. | 8 | | 67 | |
| 1064 | 2 | Hebr.iud. an.3. | 9 | | 68 | |
| 1065 | 3 | | 10 | | 69 | |
| 1066 | 1 | THOLA vir de | 11 | | 70 | |
| 1067 | 2 | Iſachar. IIII. He- | 12 | | 1 | *CACVS* |
| 1068 | 3 | br.iud. ann.23. | 13 | | 2 | |
| 1069 | 4 | | 14 | | 3 | *XXII.REX* |
| 1070 | 5 | | 15 | | 4 | *Hiſpan.ann.36.* |
| 1071 | 6 | | 16 | | 5 | |
| 1072 | 7 | | 17 | | 6 | |
| 1073 | 8 | | 18 | | 7 | |
| 1074 | 9 | | 19 | | 8 | |
| 1075 | 10 | | 1 | MYTREVS | 9 | |
| 1076 | 11 | | 2 | XXVII. | 10 | |
| 1077 | 12 | | 3 | Rex ASS. | 11 | |
| 1078 | 13 | | 4 | Ann.27. | 12 | |
| 1079 | 14 | | 5 | | 13 | |
| 1080 | 15 | | 6 | | 14 | |
| 1081 | 16 | | 7 | | 15 | |
| 1082 | 17 | | 8 | | 16 | |
| 1083 | 18 | | 9 | | 17 | |
| 1084 | 19 | | 10 | | 18 | |
| 1085 | 20 | | 11 | | 19 | |
| 1086 | 21 | | 12 | | 20 | |
| 1087 | 22 | | 13 | | 21 | |

| Ann. idit. | IVD. HEBR. | | ASSyR. | | REG. HISP. | REG. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1088 | 33 | | 14 | | 22 | |
| 1089 | 1 | IAIR GALAA: | 15 | | 23 | |
| 1090 | 2 | dites. v. Hebr. iu | 16 | | 24 | |
| 1091 | 3 | dex. ann.22. | 17 | | 25 | |
| 1092 | 4 | De hoc ſacra ait | 18 | | 26 | |
| 1093 | 5 | ſcriptura. Habu | 19 | | 27 | |
| 1094 | 6 | it triginta filios | 20 | | 28 | |
| 1095 | 7 | ſedētes ſupra tri | 21 | | 29 | |
| 1096 | 8 | ginta pullos aſi | 22 | | 30 | |
| 1097 | 9 | narū. Et princi- | 23 | | 31 | |
| 1098 | 10 | pes triginta ciui | 24 | | 32 | *Hoc tēpore lite-* |
| 1099 | 11 | tatum. | 25 | | 33 | *ras latinas adin-* |
| 1100 | 12 | | 26 | | 34 | *uentas fuiſſe re-* |
| 1101 | 13 | | 27 | | 35 | *ferunt.* |
| 1102 | 14 | | 1 | TANTA | 36 | |
| 1103 | 15 | | 2 | NOS. XX. | 1 | *ERYTHREus* |
| 1104 | 16 | | 3 | VIII. REX | 2 | *XXIII. Hiſ-* |
| 1105 | 17 | | 4 | ASSYR. | 3 | *pan. Rex an. 68.* |
| 1016 | 18 | | 5 | ann.32. | 4 | |
| 1107 | 19 | | 6 | | 5 | |
| 1108 | 20 | | 7 | | 6 | |
| 1100 | 21 | | 8 | | 7 | |
| 1110 | 22 | MORITVR | 9 | | 8 | |

Iair. Filij autem Iſrael præuaricati ſunt & ſeruierunt Idolis Baalim. Cōtra quos iratus Dominus, tradidit eos in manus Philiſtijm & filiorum Amon. Adflicti oppreſſique ſunt vehementer per ann. 18. At poſt longam poenitentiam ad Dominum clamantibus, tandem ſuſcitauit eis Iepte virum fortiſſimum qui & filiam Deo immolauit.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1111 | 1 | IEPTE. VI. HEB. | 10 | | 9 | |
| 1112 | 2 | Iudex. ann. 6. | 11 | | 10 | |
| 1113 | 3 | | 12 | | 11 | |
| 1114 | 4 | | 13 | | 12 | |
| 1115 | 5 | | 14 | | 13 | |
| 1116 | 6 | | 15 | | 14 | |
| 1117 | 1 | ABESSAM. VII. | 16 | | 15 | |
| 1118 | 2 | Hebr. iudex. an. | 17 | | 16 | |
| 1119 | 3 | 7. | 18 | | 17 | |

| Ann. à dil. | IVD.HEBR. | | ASSYR.REG. | | HISP.REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1120 | 4 | | 19 | | 18 | |
| 1121 | 5 | | 20 | | 19 | |
| 1122 | 6 | | 21 | | 20 | |
| 1123 | 7 | | 22 | | 21 | |
| 1124 | 1 | ARCHIELON | 23 | | 22 | |
| 1125 | 2 | Zabolonites | 24 | | 23 | |
| 1126 | 3 | VIII. ann. 10. | 25 | | 24 | |
| 1127 | 4 | Iſte non habetur | 26 | | 25 | |
| 1128 | 5 | cum his. 10. ann. | 27 | | 26 | |
| 1129 | 6 | in 70. Interpr. | 28 | | 27 | |
| 1130 | 7 | vnde nec Euſebi | 29 | | 28 | |
| 1131 | 8 | us illiꝰ meminit. | 30 | | 29 | |
| 1132 | 9 | Sed pro annorũ | 31 | | 30 | |
| 1123 | 10 | da nno, vt notat | 32 | | 31 | |
| | | venerabilis Beda ſupplet plures ann. quã in Ioſepho legebãt. | | | | |
| 1134 | 1 | LABDAM. IX. | 1 | TEVTVES | 32 | |
| 1135 | 2 | Hebræorum iu- | 2 | XXIX. Rex AS | 33 | |
| 1136 | 3 | dex. ann. 8. | 3 | SYR. ann. 40. | 34 | |
| 1137 | 4 | Hic habuit. 40. | 4 | | 35 | |
| 1138 | 5 | filios. &30 ex eis | 5 | | 36 | |
| 1139 | 6 | nepotes, aſcendẽ | 6 | | 37 | |
| 1140 | 7 | tes ſupra 70. pu | 7 | | 38 | |
| 1141 | 8 | llos aſinarũ. Atq; | 8 | | 39 | |
| | | in tãta hæc gloria mortuus ſepelitur in Pharaton terræ Ephraim in monte Amoloch. Iud. 12. | | | | |
| | *Sunt qui ab hoc Iudice Latinorum Regnum auſpicientur, nos tamen aliorum ſententiam ſequentes Troianum illud excidium ad huc factũ minime credimus. Quod ſuo loco ponere decreuimus,* | | | | | |
| 1142 | 1 | SAMPSON He- | 9 | | 40 | |
| 1143 | 2 | bræorum fortiſ- | 10 | | 41 | |
| 1144 | 3 | ſimus ac Iud. 10. | 11 | | 42 | |
| 1145 | 4 | qui multò plures | 12 | | 43 | |
| 1146 | 5 | moriẽdo interfe | 13 | | 44 | |
| 1147 | 6 | cit, quàm ante vi | 14 | | 45 | |
| 1148 | 7 | uus occiderat. | 15 | | 46 | |
| 1149 | 8 | Iudicatur in Iſra | 16 | | 47 | |
| 1150 | 9 | el ann. 20. | 17 | | 48 | |

| IVDICES HEBR. | | HEBR. | ASSYR.REG. | | HISPAN.REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1151 | 10 | Filij tamẽ Iſrael | 18 | | 49 | |
| 1152 | 11 | antequã inter eos | 19 | | 50 | |
| 1153 | 12 | Sampſon iudica- | 20 | | 51 | |
| 1154 | 13 | ret, præuaricati | 22 | | 52 | |
| 1155 | 14 | ſunt, & fecerunt | 21 | | 53 | |
| 1156 | 15 | malum in cõſpe | 23 | | 54 | |
| 1157 | 16 | ctu Dñi.quos de | 24 | | 55 | |
| 1158 | 17 | us tradidit ĩ ma | 25 | | 56 | |
| 1159 | 18 | nus Philiſtinorũ | 26 | | 57 | |
| 1160 | 19 | 40.ann. | 27 | | 58 | |
| 1161 | 20 | | 28 | | 59 | |
| 1162 | 1 | HELI Sacerdos | 29 | | 60 | |
| 1163 | 2 | & Iudex.XI.heb. | 30 | | 61 | |
| 1164 | 3 | ann.40. 1.Reg. | 31 | | 62 | |
| 1165 | 4 | cap.4. | 32 | | 63 | |
| 1166 | 5 | | 33 | | 64 | |
| 1167 | 6 | In lxx. Interpr. | 34 | | 65 | |
| 1168 | 7 | æditione Heli tã | 35 | | 66 | |
| 1169 | 8 | tum numerãtur | 36 | | 67 | |
| 1170 | 9 | 20.ann. vt ponit | 37 | | 68 | |
| 1171 | 10 | Euſeb. | 38 | | 1 | *Gargoris xxiiij.* |
| 1172 | 11 | | 39 | | 2 | *rex Hiſp.an.77* |

*TROIA CAPTA EST* *Decem & ſeptẽ dies ante ſoltitiũ, vt nõnulli notant. Regnante itaq́; in Hiſpania Gargore, Troia euerſa eſt. Vnde multi ex Græcis ſoluentes, alij qui in patriã redire non poterant, alij quibus, certis de rebus, minime erat cordi ad ſuos peruenire, poſt varios caſus, atque errores in noſtrã Hiſpaniã adpulſerunt. Diuerſisq́; in ea locis cõquieuere.*

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1173 | 12 | | 40 | | 3 | |
| 1174 | 13 | | 1 | TINEVS | 4 | |
| 1175 | 14 | | 2 | XXX.ASS. | 5 | |
| 1176 | 15 | | 3 | Rex.an.30 | 6 | |

*REGNVM LATINORVM.*

*AENEAS primus Latinorum rex mortuo Latino eius ſocero regnauit ann. trib.*

| Ann. à dil. | IVD. | HEBR. | ASSyR. | REG. | HISP. | REG. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1177 | 16 | | 4 | | 7 | |
| 1178 | 17 | | 5 | | 8 | |
| 1179 | 18 | | 6 | | 9 | |
| 1180 | 19 | | 7 | | 10 | *ASCANIVS* |
| 1181 | 20 | | 8 | | 11 | *II. Latinorum* |

*Rex. ann. 38. Filius fuit AEneæ.*

## *OLYSSIPO CONDITVR.*

## *Omnium Ciuitatum totius Europæ lõgè nobiliſsima.*

*HOC tempore Olyſſes dux prudentiſſimus Græcorum, vento mariq́; agitatus, in eam Hiſpaniæ partem qua Tagus in Oceanum erumpit, nauibus adpulſus eſt, vbi primam & nobiliſſimam omnium ciuitatum Hiſpaniæ, imo totius Europæ dixerim, condidit Olyſſiponem, vt Strabo ac Solinus huius rei Auctores ſunt. Vnde & græce ab eodem Strabone ὀδυσσεια adpellatur. In hac Olyſſem templũ inſigne Palladi, quod numen peculiariter colebat, conſecraſſe refert. Atque ex Aſclepiade Myrliano, qui in Turdetania literarij ludi magiſter extitit, qui de Regionis illius gentibus librum compoſuit, ait monumenta quædam de Olyſſis errore in Mineruæ templo eſſe, Parmas inſuper ſuſpenſas, apluſtria, roſtraq́; naualia. Durarunt hæc in multa temporũ curricula.* Strabo li.3. Solin. c.26.

*AB hac igitur omniũ ſlorentiſſima vrbe, mihi patria chariſſima (ſi vel de hoc gloriari licet) quam multò vetuſtiorem fuiſſe Roma pro comperto eſt, Romanæ Sedis Pontifices, inuictiſſimos Reges, atque Imperatores prodijſſe ſcimus, & à magnæ fidei Auctoribus adcepimus. Ab hac etiam fortiſſimi Luſitani, quibus nõ ſperinde laus magna ac gloria vnquam adcreuit ſi ſemper finitimos, atque alios Hiſpaniæ populos toties ſuperarunt. Quum per tot annos hi, inquã, Luſitani ſoli de Roma, eius per omnes mundi parteis volitãte fama, Viriato duce, quod*

*Florus.li. 2.c.17. Oroſius. lib.5.c.2.*

*Florus atque Oroſius teſtantur, triumpharunt. Hos enim non quorumcumque Hiſpaniarum populorum, ſed Celtiberorum, penes quos ſumma ars ac in rebus bellicis fortitudo inerat, fortiſſimos Luſitanos, antiqui Auctores narrāt. Ab hac quidem ipſimet Luſitani per tot maria (quāto cum animo non dico) inadceſſa olim, & intacta etiam Priſcorum cogitationi, extremi Oriētis gloriam & triumphos quærentes, quò nec magnus Alexāder, neque illa bellatrix Aſſyriorum Regina perueniſſe creditur, inſtructa nauali acie exeunt, Et ſono Claſſico ad clamāt ſoluentibus oram. Ab hac denique vt aliquid Chriſtianè dicam, tot millia hominum, virorumque diſcurrunt, in omneis Mundi parteis Chriſti dei & Hominis fidem nunciantes: vt illud tandem propheticum ad ſummum, in omnem terram exiuit ſonus corū, adimpletum cernamus*

*Non fuit Olyſſipo tempore vllo literarum expers. Nimirū quia eius conditor Olyſſes Græcorum ſapientiſſimus qua vixit ætate, ſi maximo Poëtarum credimus Homero, extitit. Nec etiam tantam vrbem vlla barbarie teneri fas erat vbi Mineruæ numen in Templo illo colebatur. Vnde meritò hæc ciuitas, magna ex ſe ſemper dedit ingenia, quæ alia poſſent vſque admirari Nationes. Sed quoniam nihil non conrodit temporum antiquitas, ſaltem inter Romanos Pontifices vnus emicuit in re literaria Ioannes xxij. Vir ſanè, referente Platina, admirandæ doctrinæ, Cuius hodie multa extant opera. Quæ quo quantoue in precio apud poſteros ſint habenda, optimè nouit & Philoſophorum & Medicorum Schola. Talem ergo non pœnitendum in ſeueris literis olim habuit Olyſſipo alumnum. Alterum proferā poſt hunc in politioribus Muſis ſatis felicem Hermicum Caiadū (ſi credimus Eraſmo, atque in condendis præcipuè poëmatibus ita ingenioſum, elegantem, facetum, teſtante Philippo Beroaldo, vt nil ſupra. Cui meritò me Hercules quondā adplauſiſſe tōties & tātoperè Italicum Theatrū mihi perſuadeo. Hic itaq; lib.1.*

*Eraſmus in Cicer.*

*Hermicus Luſitanus poeta.*

*Epigram. ad Angelum Pol. ſcribens, Ea quæ de Origine noſtræ Ciuitatis poſuimus, his ludens carminib. ſic confirmat.*

*Dum ſol Oceanum curru properante reuiſit*
*Et vehitur feſsis præcipatus equis,*
*Mænia quæ poſuit ſublimia magnus Olyſſes*
*Auriferi & ripas conſpicit ipſe Tagi:*
*Vnde huc conceſsi Muſſarum captus amore*
*Huc vbi Parnaſi numina cuncta vigent:*
*Præmia militiæ vel maxima conſequar olim*
*Auſpicijs ductus Politiane tuis.*

*QVa propter ingens ſe mihi, in huius florentiſsimæ Vrbis laudibus, aperiret materies, ſi eſſet his locus, & me has fruſtra conantem, non prius vires deficerent, quàm vel tantillum ex illis poſſem attingere. Omneis tamen (quod magni intereſt) admonitos vellem, Olyſsiponem non eam eſſe, quam nonnulli dictam Salatiam turpiter crediderunt. Sed malus error ex ignorantia Plinianæ lectionis atque Pomponij, initium ſumpſit. Multos nanque eum Plini locum lib. 4. cap. 22. Vbi de Olyſſipone & Salatia agitur decepiſſe conſtat. Inter quos vnum fuiſſe Ioachimum Vadianum, virum vtique doctiſsimum, pulchre ac ſatis diligenter noſter Reſendius oſtendit. Imo ſcias Salatiam eam eſſe, quæ à Sarracenis, nomine mutato, nunc Alcaſſar ſalis vocatur. Vrbs noſtro tempore clara, quæ talem tantumque nobis alumnum dederit, hoc eſt, Petrum Nonium nobiliſs. atque Regium Mathematicum, Cui, quum in Mathematicis dem operam, mihi, alijſque in hac ingenioſa paleſtra conluctatoribus, non poſſum non gratulari.*

*Ioach. Vodian.*
*Reſend. in ãnot. V incen.*
*PETRVS nonius Regius Mathemat.*

*HOc etiam tempore in quo Olyſſes in Hiſpaniam venit, Teucer Talamonis filius littoribus Hiſpaniæ adpulſus, eam obcupaſſe partem fertur, vbi poſt longum tempus, noua Car-*

*thago fuit. Inde in Gallecia͂ nauigauit, poſitiſque ibi ſedibus, Genti nomen dedit. A Teucro nanque Teucri Galleci dicuntur, vt ad lõgum Iuſtinus. Hunc Salmantica͂ ciuitatem primu͂ condidiſſe, in memoriam antiquæ ipſius patriæ Salaminis, nonnulli credunt. Meminit Stephanus huius vrbis, nõ tamen de eius Origene, quam græce Elmanticem dicit.*

*Diomedes quoque Gallecia littoribus expoſitus, in Patris Tydei memoriam Tyden vrbè in Ripa Minij fluminis condidit. Quæ nunc: priſco obtento nomine, dicitur Tui. Ciuitas eſt hodie Epiſcopalis.*

*Aſtur eodem ferè tempore Aſturibus populis nomen dedit & Aſturica vrbs conditur quæ nũc Aſtorga nominatur. Fuit Aſtur Memnonis auriga apud Troiam.*

| Ann. à dil. | IVD. HEBR. | | ASSYR. REG. | | HISP. REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1182 | 21 | | 9 | | 12 | |
| 1183 | 22 | | 10 | | 13 | |
| 1184 | 23 | | 11 | | 14 | |
| 1185 | 24 | | 12 | | 15 | |
| 1186 | 25 | | 13 | | 16 | |
| 1187 | 26 | | 14 | | 17 | |
| 1188 | 27 | | 15 | | 18 | |
| 1189 | 28 | | 16 | | 19 | |
| 1190 | 29 | | 17 | | 20 | |
| 1191 | 30 | | 18 | | 21 | |
| 1192 | 31 | | 19 | | 22 | |
| 1193 | 32 | | 20 | | 23 | |
| 1194 | 33 | | 21 | | 24 | |
| 1195 | 34 | | 22 | | 25 | |
| 1196 | 35 | | 23 | | 26 | |
| 1197 | 36 | | 24 | | 27 | |
| 1198 | 37 | | 25 | | 28 | |
| 1199 | 38 | | 26 | | 29 | |
| 1200 | 39 | | 27 | | 30 | |
| 1201 | 40 | | 28 | | 31 | |

HELI ſenex & vir grãdæuus, nonaginta & octo annos iam cõpleuerat, cui oculi tanta ſenectute calligauerant, bel

lum parum felix audiens, mærore ſubitò è ſella cecidit retrorſum iuxta oſtium, & fractis ceruicibus mortuus eſt.

| Ann. à dil. | IVD. | HEBR. | ASSYR. | REG. | HISP. | REG. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1202 | 1 | SAMVEL XII. | 29 | | 32 | |
| 1203 | 2 | Hebreor. Iudex. | 30 | | 33 | |
| 1204 | 3 | præfuitſimul cū | 1 | DERSYL9 | 34 | *Aſcanius condit* |
| 1205 | 4 | Saul Rege ppl'o | 2 | XXXI. rex | 35 | *longam Albam.* |
| 1206 | 5 | Dei ān.32. ſolus | 3 | ASSYR. | 36 | |
| 1207 | 6 | videlicet ann.12. | 4 | Ann. 40. | 37 | |
| 1208 | 7 | Cum Saul verò | 5 | | 38 | |
| 1209 | 8 | Rege ānos decē | 6 | | 39 | |
| 1210 | 9 | & octo. Alios du | 7 | | 40 | |
| 1211 | 10 | os ſolus regna- | 8 | | 41 | |
| 1212 | 11 | uit Saul in Iſr. | 9 | | 42 | |
| 1213 | 12 | Hic numerus an | 10 | | 43 | |

norum non ex ſacris pendet, vbi nulla de horum iudicantium tempore fit mentio. Vide Ioſephum lib. 6. Antiquit. cap. 13. atque 14. vnde hæc depromplimus.

HVcuſq; ergo nos docēte ſacra hiſtoria, durarunt Hebræorū Iudices. Iudicatūq; eſt ab illis in Iſrael. ān. 231. ſequūtur deinde

| | HEBRAEORVM | | | | REGES. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1214 | 1 | SAVL PRIMus | 11 | | 44 | |
| 1215 | 2 | Hebr. Rex ex tri | 12 | | 45 | AMAZONES |
| 1216 | 3 | bu Beniamin. | 13 | | 46 | Epheſi templum |
| 1217 | 4 | ann.20. | 14 | | 47 | ſuccendunt. |
| 1218 | 5 | | 15 | | 48 | |
| 1219 | 6 | | 16 | | 49 | *SILVIVS* |
| 1220 | 7 | | 17 | | 50 | *III. Latinorū* |
| 1221 | 8 | | 18 | | 51 | *Rex ann. 29. Hic* |
| 1222 | 9 | | 19 | | 52 | *poſthumus fuit* |
| 1223 | 10 | | 20 | | 53 | |

*AEneæ ex Lauinia filius. Dictus Syluius, quoniā in Sylua educatus eſt. Deincepsq; omnes Reges Albani ab hoc Syluij adpellati ſunt.*

SCio tamen Apoſtolum Paulum Actor. cap. 13. in illa contione quam ad populū Iudæorum habuit, poſuiſſe hūc Saulem regnaſſe in Iſrael ann. 40. Quem locum Venerabilis Beda exponens ait, Paulum loquutum, ſecundum volgi opinionē. Quæ id tēporis ex Chronicorum fide forſan pēdebat. Nō enim, inquit, lib. Reg. apertè exponit quot ann

Saul regnarit. Nicolaus verò Lyranus totius ſacræ Script. optimus interpres, hæc. D. Pauli verba enarrans, adfirmat Saul annos tantum viginti populum Hebræorum rexiſſe. alios verô ann. ad eos putat referendos, in quibus Samuel gẽtem Iſraeliticam iudicauit. Nos tamen eam, quam poſſuimus annorum de Samuele ac Saule ſupputationem, veram eſſe duximus: quando liber Regnorum nullos his adſignet annos. Admiror tamen vnum Driedonẽ, hominem in his explorandis rebus præſertim diligentiſſimũ, nullam in his annis quos Diuinus Paulus Saulis regno tribuit, difficultatẽ feciſſe, & quod magis eſt, quum ne mentionem quidem vllam de his fecerit.

| Ann. à dil. | HEBR. REG. | | ASSYR. REG. | | HISP. REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1224 | 11 | | 21 | | 54 | |
| 1225 | 12 | | 22 | | 55 | |
| 1226 | 13 | | 23 | | 56 | |
| 1227 | 14 | | 24 | | 57 | |
| 1228 | 15 | | 25 | | 58 | |
| 1229 | 16 | | 26 | | 59 | |
| 1230 | 17 | | 27 | | 60 | |
| 1231 | 18 | | 28 | | 51 | |
| 1222 | 19 | | 29 | | 62 | |
| 1233 | 20 | | 30 | | 63 | |

Qum Saul aduerſus Philiſteos manu confereret, in mõte Gelboê ſuperatus ſimul cum ſuis perijt. Et ne ſummo cũ dedecore (quod malè timebat) in poteſtatem Incircunciſorũ veniret, manus ſibi conſciuit.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1234 | 1 | DAVID PRIM⁹ | 31 | | 64 | |
| 1235 | 2 | HEBR. REX ex | 32 | | 65 | |
| 1236 | 3 | tribu Iuda. ann. | 33 | | 66 | |
| 1237 | 4 | 40 | 34 | | 67 | |
| 1238 | 5 | | 35 | | 68 | |
| 1239 | 6 | | 36 | | 69 | |
| 1240 | 7 | | 37 | | 70 | |
| 1241 | 8 | | 38 | | 71 | |
| 1242 | 9 | | 39 | | 72 | |
| 1243 | 10 | | 40 | | 73 | |
| 1244 | 11 | | 1 | EVPALES | 74 | |
| 1245 | 12 | | 2 | XXXII. AS | 75 | |

| Ann. à dil. | HEBR.REG. | | ASSYR.REG. | | HISP.REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1246 | 13 | | 13 | SYR.REX | 76 | |
| 1247 | 14 | | 14 | ann.34 | 77 | |

*HAbis vltimus Hiſpanorum Rex: Quo mortuo, regnū per multa ſecula ab eius ſubceſſoribus retentum fuiſſe fatetur Iuſtinus. Hi tamen qui nam fuerint minimé inter Auctores, nihil hac de re prodentes, conſtat. Quapropter de his hactenus. Regnatum verò eſt in Hiſpania ab his ann. 1125.*

*Poſt hæc quæcunque ſcitu digna inter Hiſpanos Priſcis temporibus ſunt geſta ſuis locis adnotabimus.*

*Ergo fermè hoc tempore memoratiſſimam illam ſiccitatē quam per viginti ſex annos in Hiſpania duraſſe vulgares tradunt hiſtoriæ, adcidiſſe nōnulli ſcribunt. Tot nanque annos Hiſpania pluuia omnino caruit: ita vt omnia flumina, præter Iberū ac Betim, exſiccata fuerint. Et Hiſpania derelicta ab illis qui eā incolebant. Hoc tamen obſtupendum naturæ miraculum, vulgares ſolum hiſtoriæ ſcribunt.*

| | HEBREOR. REG. | | ASSYR. REG. | |
|---|---|---|---|---|
| 1248 | 15 | | 5 | |
| 1249 | 16 | | 7 | |
| 1250 | 17 | | 8 | |
| 1251 | 18 | | 9 | |
| 1252 | 19 | | 10 | |
| 1253 | 20 | | 11 | |
| 1254 | 21 | | 12 | |
| 1255 | 22 | | 12 | |
| 1256 | 23 | | 13 | |
| 1257 | 24 | | 14 | |
| 1258 | 25 | | 15 | |
| 1259 | 26 | | 16 | |
| 1260 | 27 | | 17 | |
| 1261 | 28 | | 18 | |
| 1262 | 29 | | 19 | |
| 1263 | 30 | | 20 | |
| 1264 | 31 | | 21 | |

| Ann. à dil. | IVD. | HEBR. | ASSYR. | REG. |
|---|---|---|---|---|
| 1265 | 32 | | 22 | |
| 1266 | 33 | | 23 | |
| 1267 | 34 | | 24 | |
| 1268 | 35 | | 25 | |
| 1269 | 36 | | 26 | |
| 1270 | 37 | | 27 | |
| 1271 | 38 | | 28 | |
| 1272 | 39 | | 29 | |
| 1273 | 40 | | 30 | |
| 1274 | 1 | SOLOMON Hebræorũ | 31 | |
| 1275 | 2 | Rex ex tribu Iuda.ann.40 | 32 | |
| 1276 | 3 | Filius hic fuit Dauidis ex | 33 | |
| 1277 | 4 | ea quæ fuit Vriæ. | 34 | |
| | | ANNO quarto Solomonis edificatum eſt Templũ illud, quod Deus ab hoc Rege ſibi ædificari velle ſeruo ſuo Dauid ſignificauerat. Ab hac ædificatione Templi vsque ad primum ann. Regni Ioas. ann. 138. | | |
| 1278 | 5 | | 35 | |
| 1279 | 6 | | 36 | |
| 1280 | 7 | | 37 | |
| 1281 | 8 | | 38 | |
| 1282 | 9 | | 1 | |
| 1283 | 10 | | 2 | *LEOSTENES XXX* |
| 1284 | 11 | SADOCH Hebræorum ſa- | 3 | *III. Rex Aſſyr. an.* 40 |
| 1285 | 12 | cerdos. | 4 | |
| 1286 | 13 | SOLOMON mulieres alie- | 5 | |
| 1287 | 14 | nigenas adamauit, Dei legi | 6 | |
| 1288 | 15 | non ſtans. Quæ auerterunt | 7 | |
| 1289 | 16 | cor Regis à Domino maxi- | 8 | |
| 1290 | 17 | mè cũ eſſet ſenex. Fuerunt | 9 | |
| 1291 | 18 | ergo ei vxores quaſi Regi- | 10 | |
| 1292 | 19 | næ ſeptingentæ, & concu- | 11 | |
| 1293 | 20 | binæ trecentæ. Quarũ amo- | 12 | |
| 1294 | 21 | rem ſequutus Solomõ, illa- | 13 | |
| 1295 | 22 | rum Deos coluit Templaq; | 14 | |
| 1295 | 23 | illis erexit. Iratus tandem | 15 | |
| 1297 | 24 | Dominus Solomoni, regnũ | 16 | |
| 1298 | 25 | diuidendũ, ſeruoq; tradẽdũ | 17 | |

| HEBREOR. REG. | | | ASSIR. REG. | |
|---|---|---|---|---|
| 1299 | 26 | promittit. Nō tamen hoc re | 18 | |
| 1300 | 27 | ge viuente, oſtendit Deus | 19 | |
| 1301 | 28 | id ſe facturum, propter Da | 20 | |
| 1302 | 29 | uid eius patrem. | 21 | |
| 1303 | 30 | | 22 | |
| 1304 | 31 | | 23 | |
| 1305 | 32 | | 24 | |
| 1306 | 33 | | 25 | |
| 1307 | 34 | *Hoc tempore Homerus nō* | 26 | |
| 1308 | 35 | *dum cæcus, atque Meleſi-* | 27 | |
| 1309 | 36 | *genes dictus quod nomē illi* | 28 | |
| 1310 | 37 | *fuit proprium, in Hiſpania* | 29 | |
| 1311 | 38 | *atque Italia peregrinatur.* | 30 | |
| 1312 | 39 | | 31 | |
| 1313 | 40 | | 32 | |

Mortuo Solomone ſeditio magna inter Iudæorū populum ſuborta eſt. Diuiditur tandē Regnum. Et Hieroboam Solomonis ſeruus in Samaria .x. Tribubus, Roboam in Hieruſalē duabus, præfuit,

| Ann. à dil. | REG. HEBR. IVD. | | R. ISR. | | ASSyR. REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1314 | 1 | ROBOAM He | 1 | HIEROBOAM | 33 | |
| 1315 | 2 | breorū Iudæ rex | 2 | Hebræorum Iſ- | 34 | |
| 1316 | 3 | Ilſ. ann. 17. Hic | 3 | rael Rex prim. | 35 | |
| 1317 | 4 | fuit filius Solo- | 4 | ann. 22. | 36 | |
| 1318 | 5 | monis. | 5 | | 37 | |
| 1319 | 6 | | 6 | | 38 | |
| 1320 | 7 | | 7 | | 39 | |
| 1321 | 8 | | 8 | | 40 | |
| 1322 | 9 | | 9 | | 41 | |
| 1323 | 10 | | 10 | | 42 | |
| 1324 | 11 | | 11 | | 43 | |
| 1325 | 12 | | 12 | | 44 | |
| 1326 | 13 | | 13 | | 45 | |
| 1327 | 14 | | 14 | | 1 | PIR Iudia |

| Ann. à dil. | R.HEBR.IVD. | | R.ISRAEL. | | ASSYR.REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1328 | 15 | | 15 | | 2 | XXXIIII. |
| 1329 | 16 | | 16 | | 3 | Rex Aſſyr.ann. |
| 1330 | 17 | | 17 | | 4 | |
| 1331 | 1 | ABIAS.IIII.Rex | 18 | | 5 | 30. |
| 1332 | 2 | Hebræorũ Iudæ. | 19 | Abimelech | 6 | |
| 1333 | 3 | ann.3. | 20 | Hebr. pōt. | 7 | |
| 1334 | 1 | ASA.5. rex.Iud. | 21 | clarus ha- | 8 | |
| 1335 | 2 | ann.41. | 22 | betur. | 9 | |
| 1336 | 3 | | 1 | NADAB.II | 10 | |
| 1337 | 4 | | 2 | rex Iſrl. ā.2 | 11 | |
| 1338 | 5 | | 1 | BAASA.III | 12 | |
| 1339 | 6 | | 2 | Rex Iſrael. | 13 | |
| 1340 | 7 | | 3 | ann.34. | 14 | |
| 1341 | 8 | | 4 | | 15 | |
| 1342 | 9 | | 5 | | 16 | |
| 1343 | 10 | | 6 | | 17 | |
| 1344 | 11 | | 7 | | 18 | |
| 1345 | 12 | | 8 | | 19 | |
| 1346 | 13 | | 9 | | 20 | |
| 1347 | 14 | | 10 | | 21 | |
| 1348 | 15 | | 11 | | 22 | |
| 1349 | 16 | | 12 | | 23 | |
| 1350 | 17 | | 13 | | 24 | |
| 1351 | 18 | | 14 | | 25 | |
| 1352 | 19 | | 15 | | 26 | |
| 1353 | 20 | | 16 | | 27 | |

*SVnt qui coniectent fermè hoc anno illud in Hiſpaniæ, quod antiqui Auctores narrant, eueniſſe. Celtas ſcilicet qui vnam ex partibus Galiæ, à Pyrenæis montibus vſque ad Alpes diſcurrētes incolunt, in vltimam Heſperiam migrauiſſe. Quibuscum Iberi pro agris diu decertantes, tandem inito fœdere, pacem inter ſe fecerunt, vt communicata mutuò patria, mutuiſque inter ſe celebratis coniugijs, vtrinque perquieſcerent. Quæ res effecit, vt hi populi commune nomen ſortirentur allongum vſque tempus Celtiberi nuncupati, acſi Gallos Hiſpanos dicas, vt notat Hieronymus ſup. Eſaiam. De his etiam Liuius, Diodorus, atque Lucanus meminerunt.*

| Ann. à dil. | REG. HEBR. IVD. | | R. ISR. | | ASSyR. REG. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1354 | 21 | | 17 | | 28 | |
| 1355 | 22 | | 18 | | 20. | |
| 1356 | 23 | | 19 | | 30 | |
